a ¶ iesus christ⁹ p̃ncipiũ ꝛ p̃mo/genit⁹ oĩs creature. a ¶ a dieb⁹ mał ꝛ paucis ad dies eternos ꝓ/motus. a ¶ trãseũdo ad dies eternos.

Josue senex Ca.XIII ꝓuectꝙq̃ȝ etatis erat: et

a dixit dñs ad eum: Senuisti ꝛ lon/ a

a ¶ vñ: Donec ponaȝ inimicos tu. scabel.ꝛc.

b geuus es: terrãq̃ȝ latissima dereli/ b cta ẽ q̃ necdũ sorte diuisa ẽ: omnis c videlicet galilea/ philistijm et vniuersa gessuri: a fluuio turbido qui d irrigat egyptum vsq̃ȝ ad terminos accaron ꝯtra aq̃lonẽ: terra chanaã q̃ in q̃nq̃ȝ regulos philistijm diuidit̃: gaceos ꝛ acotios: ascalonitas: getheos: et accaronithas. Ad meridiem vero sunt euei: omnis terra chanaam et maara sidoniorũ vsq̃ȝ apheca: et t̃minos amorrei eiusq̃ȝ confinia: libani quoq̃ȝ regio cõtra orientem a baalgad sub mõte hermon donec igrediar' emath. Omnes q̃ habitabãt in mõte a libano vsq̃ȝ c ad aq̃s masserephat / vniuersiq̃ȝ

a ¶ sidonios. i. venatores: de q̃b⁹ d̃r:

sidonij. Ego sum qui delebo eõs e

Aĩa nostra sicut passer erepta est de la. ve.

a facie filioꝝ isrł. Veniat g̃ i ptem f hereditatis israel sicut p̃cepi tibi.

d Et nũc diuide terram in possessio/ g

---

## Nico. de lyra

Diuisio

Josue senex ꝛc. Hic incipit tertia ps p̃n/ Ca.XIII cipalis hui⁹ libri: in q̃ agit̃ de terre diuisiõe. ꝛ p̃mo ptes det̃minate singłis tribub⁹ assignant̃. scd̃o ciuitates ꝓ fugitiuis sepant̃. ca.xx. tertio ciuitates ꝛ suburbana leuitis dant̃. ca.xxi. Circa p̃mũ p̃mo agit̃ de terre limitibus. scd̃o de psonis diuidẽtib⁹. xiiij. ca. tertio de determinat' tribuũ

tribuũ ptib⁹. xv. ca. Prima i duas: qꝛ p̃mo describunt̃ termini terre diuidẽde. scd̃o terre iã diuise/ ibi: Et nũc diuide terrã. Circa p̃mũ d̃r: Josue senex ꝓ. etat' erat. q. d. scp̃tura: q̃ temp⁹ erat diuidẽdi terrã: qꝛ dñs dixerat ei q̃ ip̃e diuideret eã: vt hr̃. s̃. j. ca. b ¶ Terraq̃ȝ l. de. ẽ. cui⁹ maior ps erat acq̃sita ꝛ aliqua ps acq̃rẽda ꝑut s̃bdit̃: c ¶ Oĩs vi. ga. phili. Jn hebreo hr̃: Oẽs termini philistijm. galilea eñ est in opposita parte terre promissionis versus aquilonem ꝛc. Plures eñ t̃re ꝛ ciuitates in terra ꝓmissionis remãserunt adũsarijs filioꝝ isrł p magnũ tp̃s/ plurib⁹ de causis. Vna fuit: qꝛ filij isrł nõ erãt adhuc in tãto nũero q̃ possent totã terrã sufficiẽter populare: ꝛ iõ si s̃bito fuissent aduersarij eorũ/ deleti: possent ꝯ eos multiplicari feroces bestie: q̃ mag' nocerẽt eis q̃ȝ hoĩes. Et hec cã assignatur Exo. xxiij. in fine: vbi d̃r sic: Non eijciã eos a facie tua anno vno: ne terra i solitudinẽ redigat̃: ꝛ crescãt q̃tidie ꝯ te bestie ꝛc. Scd̃a causa fuit: vt filij isrł habẽtes aduersarios ꝓpe se exercerẽt in p̃lio/ ꝛ nõ fierẽt ignaui: sicut solẽt hoĩes in lõga pace fieri. Tertia causa fuit: vt eẽnt hoĩes solliciti seruare mãdata dei. qꝛ qñ ea trãsgrediebant̃/ ab aduersarijs sibi ꝓpinq̃s affligebant̃: ꝛ qñ seruabãt/ eis dñabant̃: vt ptꝫ ex decursu libri iudicũ. Et iste due cause tangunt̃ Judic'. iij. ca. i p̃ncipio: vbi d̃r sic: He sunt gẽtes q̃s dñs dereliq̃t: vt erudiret in eis israelẽ. Sequit̃: Vt discerẽt filij isrł certare cũ hostib⁹ ꝛ hr̃e ꝯsuetudinẽ p̃liãdi. Et s̃bdit̃ ibidẽ: Dimisitq̃ȝ eos vt in ipsis experiretur israelẽ: ꝛ vtrũ audirẽt mãdata dñi q̃ p̃ceperat p̃rib⁹ eoꝝ p manuꝫ moysi: an nõ. Igit̃ enumerat hic plures ciuitates ꝛ loca q̃ non erãt adhuc acq̃site filijs isrł ex causis p̃dictis. ꝛ patet lr̃a: hoc excepto q̃d sequitur: d ¶ A fluuio turbido q̃ irri. ꝛc. hic est nilus q̃ irrigat t̃rã egypti: ꝛ inde ita ꝯtrahit admixtionẽ terre/ ex q̃ fit turbidus. cõcludit tñ de habitatorib⁹ istoꝝ locorũ ꝛ ciuitatũ. e ¶ Ego sũ q̃ de. eos a fa. fi. is. sic deleui hitatores ciuitatũ ꝛ locoꝝ iã acq̃sitoꝝ: vt ptꝫ ex supradict'. f ¶ Veniat g̃ i ptẽ heredi. isrł. ita q̃ diuidat̃ tribub⁹ sicut illa que est acquisita. g ¶ Et nũc diuide terrã. Hic ꝯseq̃nter describunt̃ termini terre

Moralr. a ¶ Josue senex ꝛc. Sic dictũ ẽ/ freq̃nter iosue in gest' ꝛ nomie typũ gerit saluatoris: q̃ d̃r senex rõne deitat' eterne. Heb. xiij. b. Jesus christus heri ꝛ hodie/ ip̃e ꝛ in secła. Et s̃m h̃ dicit Joh. viij. g. Añq̃ȝ abraã fieret ego suꝫ. Igit̃ diuisio terre ptinẽtis ad ip̃m dupl'r intelligi põt. s. de ecclia militãte: ꝛ triũphãte. vtriusq̃ȝ nãq̃ȝ diuisio ptinet ad christũ Si aũt accipiat̃ diuisio ecclie militãtis: sic p nouẽ ptes q̃ diuise fuerẽt nouẽ tribub⁹/ significat̃ diuisio gr̃arũ in ecclesia: q̃s enumerat apłs. j. Cor'. xij. a. Diuisiones gr̃arũ sũt ꝛc. Sequit̃: Alij q̃dẽ per sp̃m dat̃ sermo sapie: alij sermo scie s̃ꝫ eundẽ sp̃m: alteri fides in eodẽ sp̃ũ: alij gr̃a sanitatũ in vno sp̃ũ: Alij opatio virtutũ: alij ꝓphetia: alij discretio spirituũ: alij genera linguarũ: alij interp̃tatio sermonũ. Et sic sũt nouẽ gr̃e s̃m sortes nouẽ tribuum. Per dimidiã ṽo tribũ manasse q̃ accepit sortẽ cũ ist' nouẽ tribub⁹/ minorẽ tñ: significat̃ stat⁹ simpliciũ christiãoꝝ q̃b⁹ nõ dat̃ aliq̃ de gratijs p̃noiat': q̃ dant̃ ad manifestationẽ sp̃ũs in ecclia ꝓ ei⁹ vtilitate: vt dicit apłs ibidẽ. Põt ꝛ aliter accipi diuisio s̃m diuersos stat⁹ psonarũ sub summo põtifice. s. p̃riarcharũ: cardinaliũ: archiepoꝝ: epoꝝ: decanoꝝ: archidiaconoꝝ: decanoꝝ ruraliũ: religiosoꝝ: ꝛ sacerdotũ curatoꝝ. Alij ṽo inferiores p dimidiã tribũ manasse designant̃. Cetũ autẽ ad statũ ecclesie triũphãtis p diuisionẽ factã nouẽ tribub⁹/ significat̃ assumptio fideliũ ad nouẽ ordines angeloꝝ. Per sortẽ ṽo dimidie tribus manasse significat̃ gl'ia sctõꝝ: q̃ nõ meruerũt assumi ad aliquẽ ordinẽ angeloꝝ: sed faciũt decimũ ordinẽ significatum: s̃m aliq̃s doctores p decimã drachmã Lu. xv.

G

h

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
848/D Vol. 2

A [Gloss mark] moysen legē intellige. qui ꝫm legē vixe/
rūt primi hereditatē acceperūt/ ſ; extra
terrā ꝓmiſſionis. Cūqꝫ eā accepiſſent:
nō eā poſſidēt/ neqꝫ diuidūt int̄ ſe: ſ; ex/
pectāt vſqꝫq̊ eis ꝑ ieſu; diſtribuat̄ i ſor/
tem. Hinc apl's ait: Hi oēs teſtimoniū (Heb. 11. g)
habētes ꝑ fidē nōdū ꝯſecuti ſunt repro/
miſſiones/ deo ꝓ nob aliq̄d meli᷒ ꝓuidē
te: ne ſine nob cōſūmarent̄. Habēt igit̄
iā ꝓmiſſionē ſuā ꝛ req̄euerūt/ digni iudi
cati ꝑ moyſen cape hereditatē ſuā: ſ; ad
huc pugnāt pro his q̄ ſub ieſu militant.
Oēs em̄ patres q̄ an̄ nos dormierunt
pugnāt nobiſcū ꝛ orationib᷒ adiuuāt.
vn̄: Ablinget ſynagoga illa hāc ſynago
gā: ſicut ablingit vitulus herbā viridē
de cāpo. Synagoga em̄ dn̄i q̄ nos pre/
ceſſit ore ꝛ lingua/ ꝯſumet oēm ꝯriā ſy/
nagogā. i. orōnibus ꝯſumet adūſarios
nr̄os. Orationib᷒ ḡ ꝛ verbi dei medita
tione ꝛ ope ꝛ ſenſu recto pugnādū eſt.
¶ Adamātius. Sicut vmbre exēplari
deſeruiūt celeſtiū: ꝛ q̄ legē ſuſcipiunt/ q̄
vere legis vmbra eſt: ita exēplar et vm/
brā ſequunt̄ diuiſionis celeſtis q̄ in iu/
dea hereditatē terre diuidūt. Ueritas
em̄ eſt in celis: vmbra in terris. Dū hic
cōſtabat in terris/ erat hierl'm terreſtr̄:
ꝛ templū ꝛ altare ꝛ cult᷒ viſibilis erant
pōtifices et ſacerdotes/ ciuitates iudee
et vici ꝛ oīa q̄ in hoc libro ſcripta ſunt.
Cū ṽo in aduētu chriſti veritas deſcen
dens de celis de terra orta eſt/ ꝛ iuſticia (Ps. 84. c)
de celo ꝓſpexit: vmbre ceciderūt: Ceci/
dit altare ꝛ templū vt iā nec in mōte ga (Joh. 4. d)
ricim/ nec in hieroſolymis ſit locus vbi
oporteat adorare: ſed veri adoratores
adorāt patrē in ſpū ꝛ ṽitate. Preſente
ergo ṽitate vmbra ceſſauit. Et cū adeſ/
ſet templū qđ ꝑ ſpm̄ dei ꝛ ṽtutē altiſſi/ (B)
mi in vtero ṽginis fabricatū eſt: dirutū
eſt templū de lapidib᷒ cōpoſitū. Adeſt
pōtifex futuroꝝ bonoꝝ: ꝛ ceſſant ponti/ (Heb. 9. c)
fices tauroꝝ ꝛ hircoꝝ. Uenit agn᷒ qui (Joh. 1. d)
tollit pctā mundi: ꝛ ceſſat agn᷒ de pecu/
dib᷒ aſſumptus/ et nequicꝫ tot ſeculis
iugulatus. Cōſequēs ergo erat vt here
ditate regni celoꝝ patefacta/ hereditas
terrena ceſſaret: ꝛ oībus ceſſantib᷒ oē
os obſtruet̄: ꝛ ſubditus fieret oīs mun/ (Roma. 3. c)
dus deo. Ideo em̄ hec oīa auferri diui/
na diſpenſauit ꝓuidētia: vt viā quandā
recipiāt veritatis ceſſantibus figuris.
Subuerſa eſt oīs terrena hierl'm: ſ; ha/
bemus celeſtē q̄ eſt mater oīm. Miſeri (Gal. 4. d.)
cordia ergo dei hereditas terrena nob
ſublata eſt: vt hereditatē queram᷒ in ce/
lis. Refert̄ itaqꝫ prima ꝛ ſcđa heredita
tis diuiſio. prima quidē ꝑ moyſen. ſcđa
ṽo ꝛ potētior ꝑ ieſum facta eſt. Moyſes
trans iordanem ruben ꝛ gad ꝛ dimidie
tribui manaſſe dedit poſſeſſione;: Alij
ṽo oēs ꝑ ieſum accipiunt hereditate;.
a ¶ Tribui aūt leui. Leuitis aūt ne/ (Leuitis ver; q̄ hereditas. Deut. 18. a)
qꝫ moyſes dedit hereditatē/ neqꝫ ieſus:
q2 ipſe deus eſt hereditas eoꝝ. Hi ſunt
qui in eccleſia virtute animi ꝛ meritoꝝ
gr̄a alios p̄cedūt. Hi ſūt forte q̄ in po/
pulo ſaluādoꝝ ſapie ꝛ ſciētie operā tri/
buūt: ꝛ mentē ſuā purā cuſtodiūt: ꝛ om
nib᷒ p̄claris virtutib᷒ excolūt: ꝛ ſimpli/
ciores docēt quō veniāt ad ſalutē: Hoꝝ
hereditas ip̄e dn̄s eſt/ q̄ eſt ſapiētia quā
p̄ ceteris oīb᷒ dilexerūt. b ¶ Tribui
fi. ru. ꝛc. Inuenio tn̄ aliquā differētiā
in his q̄ moyſes diſtribuit/ ꝛ in his que
ieſus. Moyſes em̄ duab᷒ tribubus ſe/
mis hereditatē tribuēs nō dedit leuitis
portio/

nē nouē tribubus/ et dimidie tri/ a
bui manaſſe cū qua ruben ꝛ gad b
poſſederūt fra; quā tradidit eis
moyſes famulus domini trans
fluenta iordanis ad oriētalē pla
gā ab aroer: que ſita eſt i ripa tor
rentis arnō ꝛ i vallis medio: vni
uerſaqꝫ cāpeſtria medaba vſqꝫ
dibon: ꝛ cūctas ciuitates ſeon re
gis amorrei: q̄ regnauit i eſebon
vſq; ad termios filioꝝ ammō:
ꝛ galaad ac terminum geſſuri/ et
machati ꝛ omnē montē hermon
ꝛ vniuerſā baſā vſq; ſalecha: oē
regnū og i baſā/ q̄ regnauit i aſta
roth ꝛ edrai: ip̄e fuit de reliquijs c
raphai: ꝑcuſſitq; eos moyſes at
q; ꝺleuit. Noluerūtq; diſꝑdere
filij iſrl' geſſuri ꝛ machati: ꝛ hita/
uerūt i medio iſrl' vſq; i p̄ntē diē.

a ¶ q2 nō potuit dicere: vende oīa q̄ habes et da pauperibus ꝛc. h̄ ē em̄ ptē leuitis da/ re. chriſt᷒ enim qui hec ꝛ huiuſmodi dixit leuitis partem dedit.

a Tribui aūt leui nōn dedit poſſeſ
ſionē: ſ; ſacrificia ꝛ victie dn̄i dei
iſrl'. ip̄a ē ei᷒ hereditas/ ſic locut᷒
ē illi. Dedit ḡ moyſes poſſeſſio/ d
b nem tribui filioꝝ ruben iuxta co
gnatiōes ſuas. Fuitq; terminuſ
eoꝝ ab aroer/ q̄ ſita ē in ripa tor/
rētis arnon: ꝛ in valle eiuſdē tor/
rētl media/ vniuerſa; planiciē q̄
ducit medaba ꝛ eſebon: cunctoſ
q; viculos eaꝝ q̄ ſūt in cāpeſtri/
bus: dibon q̄; ꝛ abamothbaal ꝛ
oppidū baalmaon ꝛ geſſa ꝛ cedi
moth ꝛ mephet ꝛ cariathaim ꝛ ſa
bama ꝛ ſarathaſar i mōte cōuall'
bethphogor: et aſeroth phaſga
ꝛ bethaiſimoth: oēs vrbes cāpe
ſtreſ: vniuerſaq; regna ſeon regl
āmorrei qui regnauit in eſebon:
que; percuſſit moyſes cum prin
cipibus madian: euei ꝛ recen ꝛ
ſur ꝛ vr ꝛ rebec duces ſeon habi
tatores terre: ꝛ balaā filiu; beor
hariolū occiderēt filij iſrl' gladio
cū ceterl iterfectl: factuſq; ē ter/
min᷒ filioꝝ ruben iordaniſ fluui᷒
Hec ē poſſeſſio rubenitaꝝ ꝑ co/ e
gnatiōes ſuas vrbiū ꝛ viculoꝝ.
Deditq; moyſes tribui gad ꝛ fi f
lijs ei᷒ ꝑ cognatiōes ſuas poſſeſ/
ſionē/ cui᷒ hec diuiſio ē. Termi/
nus gaçer ꝛ oēs ciuitateſ galaad
ꝛ dimidiā ptē tre filioꝝ ammon
vſq; ad aroer q̄ ē cōtra rabba: ꝛ

portionē: Jeſus aūt nō ſolū in his tribu (C)
bus quib᷒ terrā diuiſit/ ſ; etiā in illis q̄/
bus moyſes diuiſerat habitacula leui/
tis in ſingul' tribub᷒ decreuit. Ordo em̄
leuiticus vel ſacerdotalis/ q̄ dei ſapie et
ſcie operā impēdit/ non potuit a moyſe
accipe ſortē habitatiōis: q̄ nō erat mini/
ſter veritatis/ ſed vmbre ꝛ exemplaris.
Jeſus ṽo noſter q̄ eſt ſapīa dei/ habita/
cula ſapiētibus p̄bet. Nō potuit dicere (Mat. 19. c)
moyſes: Uēde oīa q̄ habes: ꝛ da paupe
ribus ꝛ habebis theſaurū in celis: ꝛ ve/
ni. ſe. m. hoc eſt partē dare leuitis. Nec
potuit dicere: Qui nō renūciauerit oīb᷒ (Luc. 14. g)
q̄ poſſidet: nō pōt me᷒ eē diſcipul᷒. Nec
illud: Oīs q̄ nō odit patrem ꝛ matrē et (Ibidē. f.)
fratres ꝛ ſorores ꝛc. Iđo habitacula ſa
cerdotū ꝛ leuitarū diſpēſare nō potuit.
Btūs eſt ergo q̄ inuenit̄ dign᷒ vt ab ie/
ſu ſortē celeſtis māſionis accipiat: de q̄
dic̄ ieſus: Uolo pr̄ vt vbi ego ſum/ ꝛ iſti (Joh. 17. d)

## Ni. de lyra

[Gloss mark] ſint me/
✠ ni terre iā diuiſe ꝑ moyſen anqꝫ filij
iſrl' tranſirēt iordanē. ꝛ p̄mo deſcribunt̄
in generali. ſcđo in ſpeciali applicando
ad trib᷒/ ibi: Dedit ergo moyſes. Circa
p̄mā partē p̄mo ꝯtinuat dicta dicendis
dicēs: Et nūc diuide terrā. ſ. immedi
ate ſupra deſcriptam. a ¶ Nouē tri/
bu. ꝛ di. tri. q̄ adhuc nō acceperāt poſ/
ſeſſiones determinatas. b ¶ Cū qua.
ſc; tribu manaſſe q̄ntū ad alterā medie/
tatem: Ruben ꝛ gad poſſe. ter. quā
tradidit eis moy. Cetera patēt vſqꝫ
ibi: c ¶ Ipſe fuit de reliquijs ra/
phaim: id ē gigantū: ꝫm ꝙ dr̄ Deut̄.
iij. b. Solus q̄ppe og rex baſan reſtite/
rat de ſtirpe gigantū. qđ eſt intelligēdū
de illis q̄ habitabāt i aſtaroth ꝛ i edrai.
in alijs em̄ terris bn̄ gigantes: vt in he/ (D)
bron ꝛ gaça ꝛ geth ꝛ açoto: vt dictū ē. ſ.
xi. ca. Cetera patēt in lr̄a. d ¶ Dedit
ḡ moyſes. Hic ꝯn̄r deſcribunt̄ termi/
ni terre iā diuiſe ꝑ moyſen in ſpeciali ap (Diuiſio)
plicādo ad duas trib᷒ ꝛ dimidiā. ꝛ p̄mo
q̄ntū ad tribū ruben. ſcđo q̄ntū ad tribū
gad/ ibi: Deditqꝫ moyſes tribui gad. ter
tio q̄ntu; ad dimidiā tribū manaſſe/ ibi:
ibi: Dedit ꝛ dimidie: Et pt; lr̄a vſqꝫ ibi:
e ¶ Hec eſt poſſeſſio ꝛc. vrbiū ꝛ vi/
culo. dicunt̄ aūt hic vrbes q̄ erāt clauſe
muris. viculi aūt ꝛ ville dicunt̄ q̄ nō erāt
ſic clauſe. f ¶ Deditqꝫ moy. tribui
gad. Hic ꝯn̄r deſcribit̄ terra in ſpecia/
li q̄ntū ad tribū gad. ꝛ pat; lr̄a hoc exce/
pto qđ ſubdit̄: g ¶ Et dimi. ꝑtē ter.
filioꝝ am. Contrariū autē hui᷒ videt̄
p̄cipi Deut̄. ij. d. vbi dr̄ ſic: Nō dabo ti/
bi aliq̄d de terra filioꝝ ammon: q2 filijs
loth dedi eā in poſſeſſionem. Ad hoc re
ſpondēt aliqui dicentes: ꝙ filij ammon
habebāt duplicē terrā: vnā quā dn̄s eis
cōceſſerat. aliā quā iux̄ ſe violēter acq̄ſie
rāt: ꝛ iſtā ſecundā occupauerūt filij iſrl':
non primā. Sed hoc videt̄ inſufficiēter
dictū. Tum q2 etiā primā acq̄ſierāt filij
ammon pugnando cōtra gigantes: ꝛ ex
pellēdo eos inde violenter: licet ex adiu
torio diuino: vt habet̄ Deut̄. ij. Tū q2
p̄ceptū erat filijs iſrl' abſolute vt nō mo/
uerēt preliū cōtra filios ammon: ꝛ ideo
nō eſt veriſimile ꝙ terrā ab eis actu paſ
ſeſſam occuparēt. Iđo aliter dicit Ra.
Sa. ꝙ iſta pars terre filioꝝ ammon poſ
ſidebat̄ actu a ſeon rege amorreoꝝ qui
eā abſtulerat a filijs āmon. ſic et a filijs
moab abſtulerat parte; terre ſue quam



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
848/D Vol. 2

Joh. 17. c. sint mecū: ⁊ sic ego in te ⁊ tu in me vnū sum⁹/ ⁊ isti in nob vnū sint. Ubi tñ q̄bus sapiā/ dei v̄bū/ veritas ⁊ iusticia esse hereditas d̄r: habitationē interim cū illis accipiūt quoꝝ hereditas in terris: vt q̄ ꝑ se nō valent/ ꝑ illos efficiant̄ ꝑticipes sapiē ⁊ sciētie dei: ⁊ ita ad minimos dispēsatio diuina ꝑtēdit. vt illud cōpleat̄:
2. Cor. 8. c Qui multū/ nō abūdauit: ⁊ q̄ minimū/
Ibidem. nō minorat⁹ ē. Et qd̄ ap̄lus ait: Ut v̄ra abundātia fiat ad illoꝝ inopiā ⁊c̄. Ita ergo cohabitare iubent̄ sacerdos ⁊ leuita: q̄ nō habēt t̄rā/ vt ꝑcipiāt ab israelita sacerdos ⁊ leuita terrena q̄ nō habēt: ⁊ israelita a sacerdote ⁊ leuita celestia ⁊ diuina q̄ nō habet. Lex eñ dei sa-
Clericoꝝ ⁊ laicoꝝ mutua necessitudo cerdotib⁹ cōmissa est et leuitis: vt huic soli operā tribuāt: ⁊ v̄bo dei absq̄ vlla sollicitudine vacent: laicoꝝ ministeriis sustētati. Si eñ necessaria nō h̄buerint minus legi dei vacabūt/ occupati corporalib⁹ curis: ⁊ piclitabunt̄ laici. Obscurabit̄ eñ lux sciē q̄ in illis est/ te non ministrāte oleū lucerne: ⁊ culpa tua ce-
Mat. 15. b cus ceco ducatū ꝑbēs/ in foueam cadet cū eo. a ¶ Hāc possessionē. Adam. Discam⁹ ex lege q̄ necessario descripta est terre diuisio: q̄ ꝑmo ꝑ moysen/ scd̄o ꝑ iesū d̄r facta: nō vt vtrāq̄ seruem⁹: sz vt rōnē vtriusq̄ discētes: illā solā teneamus q̄ ab iesu christo nob tradit̄. Illaz ergo terrā q̄ est trās iordanem moyses distribuit: hanc v̄o q̄ in terra sctā iesus ⁊ ꝑncipes tribuū. Uides/ q: cū ceperat vera hereditas terre sctē distribui: assumunt̄ ꝑncipes tribuū veri ⁊ sp̄ual' isrl'.
Matth. 19. d Hi sunt ap̄li quib⁹ d̄r: Sedebit' ⁊ vos sup sedes iudicātes duodecim trib⁹ israel. Assumit̄ etiā sacerdos. i. mysticus sermo dei. Sic eñ dicit: q: ꝯuenerūt iesus ⁊ eleaçar simul ad diuidēdā terrā.

Hoc ē qd̄ posse- Ca. XIIII
derūt ⁊c̄. b ¶ Sorte oīa diui. Isido. Deletis gētib⁹ iosue sorte diuidit ꝑp'lis terrā ꝑmissionis. Christ⁹ q̄z a facie fideliuz suoꝝ gētes. i. gētiliū erroꝝ sp̄ūs eiecit: ⁊ sorte diuisit terrā/ vnicuiq̄ ꝑpria dona tribuēs. c ¶ Duabus eñ tribubus. Isido. Moyses trās iordanē duabus tm̄ tribub⁹ ⁊ dimidie possessionē decreuit: ceteri v̄o oēs ꝑ iesū suscipiūt. q: plures ꝑ fidē iesu christi ꝑmissa celestia suscipiūt q̄ ꝑ legē. Due ei semis tribus figurabāt priorē ꝑp'm: q̄ habuit q̄dē trinitat' noticiā/ sz nō ꝑfectā. Noue v̄o ⁊ semis trib⁹ q̄ ꝑ iesum ꝑmissionez terre sctē suscipiūt: significāt nouū ꝑp'm q̄ ab iesu christo ꝑ fidē ⁊ grāz eterne repromissionis hereditatē post lauacruz q̄si post iordanis trāsitū accipiūt. Sed ipsi q̄z ad denariū numerū q̄ ꝑfect⁹ ē nō ꝑueniūt: q: nec in ip̄o aduētu dñi omia
Joh. 16. c nob ꝑfecte annūciata sunt. vñ: Multa habeo vob dicere: sz nō potest' portare mō: sz sp̄ūs v̄itatis q̄ a p̄re ꝑcedit/ annūciabit vob oīa. Perfectio ergo ⁊ sūma omnia bonorum in sp̄ūsancto est. d ¶ Absq̄ leuit' q̄ nihil. Isido. Leuite nō accipiūt hereditatē terre: q: iesus christus est hereditas eoꝝ: s̄m illd̄:
Ezech. 44. g. Ego hereditas eoꝝ: ⁊ possessio non dabit̄ eis in isrl': Ego eñ sum possessio eorū. Clericorū eñ hereditas ⁊ possessio id̄o dici voluit de⁹: q: mīstri altar' ip̄i⁹ effecti sūt ⁊ sors. vñ ⁊ cler⁹ sors interp̄tat̄. Ergo deū i hereditate possidēt merito: q̄ vt sine ipedimēto deo seruire valeāt pau-

ab esebon vsq̄ ramoth/ masphe ⁊ bathani: ⁊ amanai vsq̄ ad terminos dabir. In valle quoq̄ betharā ⁊ bethnemra ⁊ soccoth et saphō reliquā ꝑtē regni seō regl' esebon. Hui⁹ quoq̄ finis iordanis ē/ vsq̄ ad extremā ꝑtē mar' cenereth trās iordanē ad orietalē plagā. Hec ē possessio filiorū gad ꝑ familias suas ⁊ ciuitates ⁊ ville eaꝝ. Dedit ⁊ dimidie tribui manasse filiisq̄ eius iuxta cognatiōes suas possessionem: cuius h' principiū est. A manaim vniuersam basā/ ⁊ cūcta regna og regis basan: oēsq̄ vicos iahir q̄ sūt in basan sexaginta oppida ⁊ dimidiam ꝑtem galaad: ⁊ astaroth et edrai vrbes regni og in basan: filiis machir filii manasse dimidie ꝑti filioꝝ machir/ iuxta cognatio-
a nes suas. Hāc possessiōez diuisit moyses in cāpestrib⁹ moab trās iordanē ꝯ hiericho ad orietalez plagā. Tribui aūt leui nō dedit a

a ¶ q̄ ē sapiētia ⁊ sciētia: cui soli leuite ⁊ sacerdotes operā tribuūt.

possessionē: qm̄ dñs de⁹ israel ip̄e est possessio ei⁹ vt locutus est illi. Ca. XIIII

Hoc est qd̄ possederūt filii israel i terra b
chanaan/ quā dede- c

a ¶ arcanus sermo dei et mysticus.
b ¶ christus.

rūt eis eleaçar sacerdos/ et iosue

a ¶ apostoli/ q̄b⁹ dicit̄: Sedebitis ⁊ vos iudicātes duodecim tribus israel.

fili⁹ nun: ⁊ ꝑncipes familiaꝝ ꝑ tri-
b bus isrl' sorte oīa diuidētes: sicut ꝑceꝑat dñs i manu moysi/ nouē tribub⁹ ⁊ dimidie tribui manasse.
c Duab⁹ eñ tribub⁹ ⁊ dimidie dederat moyses trās iordanē pos-

¶ ne temporalibus

d sessionē: absq̄ leuit' q̄ nihil terre d

occupati min⁹ celestib⁹ deseruirent.

accepērt iter fratres suos: sz i eorū successerāt locū filii ioseph in duas diuisi trib⁹ manasse ⁊ ephra-
e im. Nec accepērt leuite aliā i terra ꝑtē/ nisi vrbes ad habitādū/ et suburbana eaꝝ ad alēda iumēta ⁊ pecora sua. Sicut ꝑceꝑat dñs moysi/ ita fecerūt filii isrl': ⁊ diuiserūt terrā. Accesserūt itaq̄ filii e
f iuda ad iosue i galgala: locutus f

a ¶ quasi cor. b ¶ ꝯuersiōis.

q̄z est ad euz caleb fili⁹ iephone

leant paupes sp̄ū esse cupiūt: vt possint
Ps. 15. b dicere: Dñs pars hereditatis mee ⁊c̄. e ¶ Nec acce. le. Isid̄. Habitacula leuitis ꝑ oēs trib⁹ decreuit iesus: vt qui i eccl'ia dñi sciē operā dāt/ ⁊ doctrie grāz administrāt: ab his quib⁹ diuia dispensant terrena s̄bsidia recipiāt. vñ paul⁹:
1. Co. 9. b Si nos vobis sp̄ualia seminauim⁹: magnū est vt carnalia vestra metamus? Et merito in oēs trib⁹ diuidūt'/ q̄ dispēsatione oim viuunt. f ¶ Locutusq̄ ē ad de. ca. Adam. Caleb prim⁹ hereditatē accipit a iesu: q̄ interp̄tat̄/ q̄si cor. Hic ē q̄ in oibus intellectui operā tribuit: qui non aliud mēbrū corꝑis eccl'ie esse d̄r q̄ cor/ qd̄ ē ꝑclarius in nobis. i. qui oia cū rōne ⁊ prudētia agit: ⁊ ita cūctis dispensat q̄si nō sit aliud mēbrū nisi cor. Int̄p̄tat̄ autē iephone cōuersio. Caleb igit̄ fili⁹ conūsionis est: cōuersus eñ ad deū talem

## Nico. de lyra

possidebāt: vt h̄r Nu. xxi. Filii autē isrl' occiderūt seon: vt ibidē d̄r: ⁊ id̄ oēm terrā quā possidebāt acq̄sierūt sibi: licz q̄tū ad aliq̄s ꝑtes fuisset aliq̄n filiorum moab ⁊ filioꝝ āmon. a ¶ Tribui aūt leui nō de. posses. q: sustentabant̄ de decimis: ꝑmitiis ⁊ oblatiōib⁹: dedit tñ eis vrbes ad habitādū ⁊ suburbana ad nutriēdū aīalia vt locut⁹ ē illi Nu. xxxv.

Hoc ē qd̄ posse- Ca. XIIII
derūt. Descriptis terre limitibus: hic ꝯñr agit̄ de ꝑsonis diuidētib⁹. Et diuidit̄ i duas
Diuisio partes: in partē ꝑncipalē ⁊ incidentalē. scd̄a/ ibi: Accesserūt itaq̄. Circa primū d̄r: Hoc est qd̄ possederūt ⁊c̄. qd̄ suple diuidet̄: ꝑut ꝯtinet̄. i. xv. ca. Et licz
b hic dicat̄/ possederūt: nō tñ totū erat adhuc acq̄sitū rōnibus ꝑdictis. ca. ꝑcedē. c ¶ Quā de. eis eleazar. sacer. ⁊ iosue ⁊c̄. Seq̄t̄: Sicut ꝑceperat dñs: vt h̄r Num. xxxiiii. d ¶ Absq̄ leuit' q̄ nihil ter. ac. iter fra. ⁊c̄. Ius eñ ꝑmogeniture ablatum fuit a tribu ruben ꝑpt̄ pctm̄ suū: eo q̄ ascendit cubile p̄ris sui: vt h̄r. xlix. ⁊ translatū fuit ad tribum iuda q̄tū ad dignitatē regiā: ⁊ ad tribū ioseph q̄tum ad duplicē portionē que ꝑmogenit' debebat̄. Et q̄ d̄r hic/ q̄ filii ioseph successerūt leuitis. s. ad cōplēdū numerū. xii. tribuū quib⁹ erat terra diuidēda. sublata eñ tribu leui q̄ hereditatē h̄re nō debebat rōne ꝑdicta in fine. xiii. ca. nō remanerēt nisi. xi. nisi trib⁹ ioseph fuisset i duas diuisa/ ꝑpt̄ qd̄ iacob patriarcha manasse ⁊ ephraim filios ioseph cōstituit capita duarū tribuū: vt habet̄ Geñ. xlviii. e ¶ Accesserūt ita. Hec est ꝑs incidentalis in q̄ interponit̄ petitio caleb/ cui moyses in speciali ꝑmiserat hebron: ⁊ id̄ vidēs qd̄ agebat̄ de terre diuisiōe/ fecit mētionē de ꝑmissiōe sibi facta ne terra sibi ꝑmissa alteri cōce-
Diuisio deret̄. Circa qd̄ ꝑmo ponit̄ caleb petitio. scd̄o petitionis ipletio/ ibi: Benedixitq̄ ei iosue. Circa ꝑmū d̄r: Accesserūt ⁊c̄. Caleb eñ erat hō magn⁹ ⁊ famosus in illa tribu: ⁊ id̄ maiores de tribu iuda associauerūt eū qn̄ fecit petitionē suaz: prout subdit̄: f ¶ Locutusq̄ est ad eū ⁊c̄. Dicūt hebrei q̄ mortuo iephone patre ca-
Moraliter. Moraliter. b ¶ Hoc est qd̄ possederūt filii israel ⁊c̄. Recapitulatio ē vsq̄ ibi: f ¶ Locutusq̄ est ad eū. s. iosue caleb. Per caleb qui iterp̄tat̄ totum cor

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
848/D Vol. 2

A ⁋ talē fructū ex se ꝓfert: ⁊ coꝛ filiū generat. Est ḡ oīs q̄ diuis sēsi/ bꝰ vacat ⁊ rōnabilr agit oīa caleb. Hic q̄dē pmo eruditꝰ a moy se. scdo a iesu. cui assistebat dic: Tu nosti vbū qd locutꝰ est dn̄s ad moysen ⁊c. Quis aliꝰ pōt nosse vbū qd locutꝰ ē dn̄s ad mo ysen/ nisi solꝰ iesus? Nō eī sic itellexit legē sic docuit iesus. Ipe eī oīa edocuit ⁊ apuit: ipe reuelauit paulo/ q lex spūalis eēt. a ¶ Nosti q̄d locutꝰ sit dn̄s ⁊c. Adam. Hoc est qd dixit dn̄s: Si crederetis moysi: crederetis ⁊ mihi: de me eī ille scpsit. de me vo. i. caleb q̄ ē coꝛ dixit. Certū ē eī: q de coꝛde scpsit moyses: q oīa sapiēter scpsit. b ¶ Sic valēs ⁊c. Sāctus eī silr valet ⁊ in pn̄tibꝰ ⁊ in p̄teritis/ ⁊ i nouis ⁊ in veteribꝰ/ in euāgelijs ⁊ in lege. Hoc ḡ ē quod dicit valere se sub iesu sic tūc cū moyse: q in vtriusq testamēti mysterijs coꝛ vigilās valet. c ¶ Da ḡ mihi mō. istū. Nihil hūile/ nihil deiectū sctūs reqrit: sz mōtē excelsum/ in q̄ sunt ciuitates magnę ⁊ munitę: q ciuitates munitas occupat sapiēs: ⁊ destruit munitiōes in q̄bꝰ confidūt ipij. d ¶ In q̄ enachi sūt ⁊ vrbes. Adam. Ciuitates ⁊ muri sūt ipioꝝ dogmata ⁊ syllogisimi phoꝝ/ q̄bus astruūt ipia q̄q ⁊ diuinę legi ꝯria. Illa q̄z sūt ciuitates munitę ⁊ in mōtibꝰ collocatę: q̄ heretici scpturaꝝ assertiōibus velut in altis mōtibꝰ locāt. Has ciuitates q̄sq sapiēs vbū vitatis p̄dicās destruit: ⁊ vrbes mēdacij vitatis ariete sb uertit. Ergo sapiētissimꝰ caleb assistēs añ iesum/ ꝓmittit se plꝰ valere ad p̄liū: ⁊ iō poscit pmitti sibi facultatē disputādi cū dialecticis sęculi: q̄ ꝓ veris falsa ꝯfirmāt vt subūtāt oīa q̄ falsis assertionibꝰ ꝯstruūt. cuius alacritatē vidēs iesus: bn̄dicit euz q̄ talia poscit ⁊ audet.

B Tu q̄z si vis opaz dare studijs ⁊ legē dei prudēter meditari ⁊ effici coꝛ i lege dei: potes istas magnas ⁊ munitas vrbes. i. falsas assertiōes sbuertere: vt ⁊ tu merearis bn̄dici ab iesu: ⁊ accipe hebrō/ q̄ interp̄taṫ ꝯiunctio vel ꝯiugiū: p qd forsitā pōt illud oñdi: q spelūca duplex cōpata ab abraā pr̄iarcha in ea ē: in q̄ cōiugia patrū ⁊ reliq̄ eoꝝ iacēt. i. abraā cū sara/ isaac cum rebecca/ iacob cū lia. Meruit ḡ caleb patꝝ reliq̄as in hereditatē suscipe: q p sapiām q̄ vigebat sb moyse ⁊ iesu/ itellexerat ꝯiūctionis rōnē: ⁊ q̄d causę eēt q cū abraā sola ibi sara iaceret: ⁊ neq agar/ neq cethura ei meruisset adiūgi: vl q̄re cuz iacob sola lia iaceret: ⁊ neq rachel āplius dilecta: neq ex ꝯcubinis aliq̄ i sepulchro ei fuerat copulata. In mēoꝛijs ḡ patꝝ hereditatē capit sapiēs caleb. Ipse iesus enachitaꝝ gētis metropolim tribu ⁋ it hebrō: ⁊

[Marginal references: Joh. 5. g; Gen. 23. b]

a ¶ Solꝰ christꝰ nouit q̄d locutꝰ ē dn̄s ad moyse. Nō ei sic itellexit legē. Ipe oīa docuit ⁊ apuit. a ¶ Ꝺ coꝛde eī scpsit moyses: de q̄ dicit: De me eī ille scpsit. ¶ Si crederetis moysi: crederetis ⁊ mihi.

a ceneçeꝰ: † Nōsti q̄d locutꝰ sit dn̄s a ad moysen hoiez dei de me ⁊ te i cadesbarne. Quadragita ānoꝝ erā q̄n misit me moyses famulus dn̄i de cadesbarne vt ꝯsiderarez trā: nūciauiq ei qd mihi veꝝ vi/ b debaṫ. Frēs āt mei q̄ ascēdert me c cū dissoluert coꝛ ppli: ⁊ nihilomi d nus ego secutꝰ sū dn̄m deū meū. Jurauitqz moyses in die illo/ di e cēs: † Terra quā calcauit pes tuꝰ f erit possessio tua/ ⁊ filioꝝ tuoꝝ i eternū: q secutꝰ es dn̄z deū tuū. Cōcessit ḡ dn̄s vitā mihi sic pollicitꝰ ē vsq i pn̄tē diē. Quadragita ⁊ g q̄nq āni sṫ ex q̄ locutꝰ ē dn̄s vbū istud ad moysē/ q̄n āmbulabat isrł p solitudinē: hodie octogitaq̄n/ h b qz ānoꝝ sum: sic valēs vt eo valebā tpe q̄n ad explorādū missus sū: illiꝰ in me tpis fortitudo vsqz hodie ꝑseuerat/ tā ad bellādū q̄ c ad gradiendū. Da ḡ mihi mon/ i tē istū quē pollicitꝰ est dn̄s te q̄z k d audiēte: in q̄ enachim sūt ⁊ vrbes l magnę atqz munitę: si forte sit m dn̄s mecū ⁊ potuero delere eos

¶ q talia deposcit ⁊ audet.

sicut ꝓmisit mihi. Bn̄dixitqz ei n

a ¶ q̄ iterp̄taṫ cōiūctio / vel cōiugiū.

iosue ⁊ tradidit ei hebrō i posses/ o sionem: atqz ex eo fuit hebrō caleb filio iephone ceneçeo vsqz in pn̄tē diē: q secutꝰ ē dn̄m deū isrł. p Nomen hebron ante vocabatur q

a ¶ ciuitas q̄ttuoꝛ. ¶ Patriarche p̄ncipales ibi sunt sepulti ⁊c.

cariātharbe. Adam maximus r

## Nico.de lyra

* patre caleb naturali/ ceneç accepit matrē eiꝰ vxoꝛē: ⁊ q nutriuit eū/ vocatꝰ ē inde ceneçeꝰ. Alij vo dicūt: q fuit fraṫ ipsiꝰ ceneç iunioꝛ ipo: ⁊ q moꝛtuo pr̄e ceneç habuit curā caleb/ ideo dictꝰ ē ceneçeꝰ. j. Parał. ij. c. dr: q esrō fuit paṫ istiꝰ caleb: qd ē tenēdū. ⁊ iō ꝯn̄r dr cōiṫ q fuit binomius. tñ in glosa hebraica j. Para. iiij. ca. dr: q caleb fuit fraṫ iephone. i. diuertēs: q diuertit se a cōsilio maloꝝ exploratoꝝ. a ¶ Nosti q̄d locutꝰ sit dn̄s ⁊c. q dn̄s dedit sniaz moꝛtis sup filios isrł q̄ exierāt de egypto: excipiēs caleb ⁊ iosue: vt hr̄ Nu. xiiij. b ¶ Nunciauiq ei qd mihi verū vi. s. q trā ꝓmissiōis explorata posset cū dei adiutoꝛio de facili obtineri. c ¶ Frēs aūt mei. i. alij exploratores p̄ter iosue. d ¶ Dissoluerunt coꝛ ppli. terroꝛē eis imittēdo: vt hr̄ Nu. xiij. d. e ¶ Jurauitq moy. Nō iueniṫ h scptū i p̄cedētibꝰ: credēdū tñ ē q sic fuit: ex q̄ scribiṫ h. f ¶ Terra quā calca. pes tuꝰ ⁊c. Et dr pes tuꝰ i singulari: q sic dictū fuit. s̄. Nūe. xiij. c. Caleb vidēs alios exploratores p̄ter iosue iclinatos ad iducēdū pplm ne itrarēt terrā ꝓmissiōis: p aliqd tps recessit ab eis ⁊ venit solꝰ in hebrō: vbi erat sepultura pr̄iarchaꝝ p̄ncipaliū: orās ibi vt nō discederet a vitate sic alij exploratores. Et iō moyses sb iuramēto ꝓmisit ei hebrō in possessionē. g ¶ Quadragita ⁊ q̄n. āni ⁊c. Hoc āt fuit scdo anno egressiōis de egypto: q illo āno mēse scdo/ decima die mensis recesserūt filij isrł de mōte sinai: ⁊ xxix. die mēsis tertij venerunt in cadesbarne: vt dicit Rabbi Salo. et inde missi sunt exploratores: vt hic dr. ⁊ habeṫ Nu. xiij. Filij aūt isrł fuerūt in deserto q̄draginta annis añq trāsirēt ioꝛdanē ⁊ pugnarēt ꝯ hiericho. si igiṫ ab istis q̄dragintaq̄nq ānis sbtrahaṫ primus ānꝰ añq mitterenṫ exploratores: remanēt sex anni a trāsitu ioꝛdanis vsq ad diuisionē terrę: p iosue: de q̄ fit hic sermo q tūc dixit caleb vbū istud. Et ex hoc pz qd. s̄. dictū ē. xj. ca. videlz q iosue sex annis pugnauit ꝓ acq̄sitōe trę añq diuideret eā. h ¶ Hodie oc. an. ⁊c. sic va. qd n̄ fuit factū vtute nāli: sz grā dei speciali. i ¶ Da ḡ mihi mō. istū. s. hebron: vt pz ex his q̄ sequunṫ. ⁊ sic pz q. s̄. dictū est. xj. ca. q lz iosue acq̄siuisset añ hebrō q̄tū ad illā ptē q̄ erat in valle: nō tñ q̄tū ad illā ptē mōtanā in q̄ erat foꝛtalicium. k ¶ Quē pol. est. s. p moysen: vt. s̄. dictū ē. l ¶ In q̄ enachi sūt. s. gigātes. Ex q̄ pz q. s̄. dictū ē. xj. c. q iosue nō inṫfecerat oēs gigātes de hebrō. m ¶ Si foꝛ. ⁊c. Dicit foꝛte/ nō ꝓpṫ dubitationē diuinę vitatis in sua ꝓmissiōe: sz ꝓpṫ variabilitatē liberi arbitrij in hoīe: q tales diuię ꝓmissiōes itelligēdę sūt sb ꝯditiōe: scz si hō cui fit ꝓmissio ꝑseueret in bono. n ¶ Bn̄dixitq ei io. Hic ꝯn̄r poniṫ dictę petitiōis ꝯcessio/ cū dr: Bn̄dixitq ei io. ipcādo sibi bona. o ¶ Et tra. ei he. q̄tū ad ptē acq̄sitā: ⁊ ius acq̄rēdi q̄tū ad aliā. p ¶ Quia se. ē do. referēdo vitatē de trā ꝓmissiōis explorata. q ¶ Nomē he. añ vo. ca. i. ciuitas q̄ttuoꝛ: eo q q̄ttuoꝛ pr̄iarchę p̄ncipales ibi sunt sepultę cū suis ꝯiugibꝰ. s. adā ⁊ eua: abraā ⁊ sara: isaac ⁊ rebecca: iacob ⁊ lia. vel ꝓpṫ q̄ttuoꝛ gigātes ibi sepultos: vt pleuius fuit dictū Gen̄. xxiij. Alij aūt dicūt q vocata ē cariatharbe. i. ciuitas arbe: q̄ dn̄atus fuit ibi: ⁊ a q̄ descēderūt gigātes alij. Et huic dicto ꝯsonat qd dr. j. xv. ca. Caleb vo filio iephone dedit ptē in medio filioꝝ iuda: sicut p̄cepat ei dn̄s. Cariatharbę. i. ciuitas arbę pr̄is enach/ ipsa ē hebrō. Pōt aūt dici ꝓ p̄dictoꝝ cōcoꝛdia: q ab ifidelibꝰ vocata ē cariatharbę ꝓpṫ q̄ttuoꝛ gigātes ibi sepultos: ⁊ ꝓpṫ nomē ꝓpꝛiū illiꝰ q̄ ibi dn̄atꝰ fuit. A fidelibus vo vocata ē cariatharbe ꝓpṫ quattuoꝛ pr̄iarchas p̄ncipales ibi sepultos. r ¶ Adā maximꝰ. Adā ē nomē cōe: ⁊ significat hoiez: vt dictū ē Gen̄. j. tñ approp̄atū fuit pmo hoi. Dicūt igiṫ aliq̄ q h teneṫ adā ꝓut ē nomē approp̄atū ꝓ pmo hoie ibidē sepulto: vt dictū ē. Alij dicūt q accipiṫ ꝓ illo gigāte noie arbe. Aliqui aūt hebrei dicunt q accipiṫ ꝓ abraam ibi sepulto: vt habeṫ Gen̄. xxv. qui fuit maxię reputatiōis in illo loco: vt hr̄ Gen̄. xxiij. vbi de ipso dr: Pnceps dei es apd nos.

[Marginal references: † Nu. 14. d; † Num. 14. d; Deute. 11. c]

C D

* Et terra

Moralit. * tū coꝛ. ⁊ bn̄ q cū eēt. lxxxv. ānoꝝ postulauit trā a gigātibꝰ possessā ⁊ p foꝛte bellū acq̄rēdā. significaṫ senex coꝛdatꝰ ad pugnādū ꝯ demōes ⁊ vitia. Taŀ fuit sctūs Hylariō abbas de q̄ scribiṫ/ q a. lxxxiiij. āno vsq ad. lxxx. ānū icredibili feruoꝛe mētis pane abstinuit/ q̄si nouꝰ accedēs ad seruitutē dei: cū tñ eo tēpe soleāt hoies eo remissiꝰ agere. n ¶ Bn̄dixitq ei io. Sicut frequēter dictū ē/ p iosue significaṫ christꝰ: q̄ bn̄dicit talibꝰ coꝛdatis hoibꝰ ꝯferēdo eis grāz in pn̄ti: ⁊ gloꝛiā in futuro.

[Marginal: Hylariō abbas]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
848/D Vol. 2

E [H]it hebrõ: ⁊ efficit̃ ei sorſ vſq̃ i hodiernũ diẽ. vtinã ⁊ mihi daret̃ ſors abraã/iſaac/⁊ iacob: vt efficeret̃ meꝰ deꝰ ſic̃ effectus ẽ deꝰ abraã/deꝰ iſaac/⁊ deꝰ iacob i chriſto ieſu. a ¶ Et t̃ra ceſ. ⁊c̃. Adam. Nõ ẽ h̃ ſcp̃tũ i diſtributiõe moyſi: ſꝫ i diſtributiõe ieſu. Si ḡ vis dignꝰ effici q̃ hereditatẽ cõſeq̃ris a ieſu: optet te p̄us oĩa bella finire ⁊ i pace cõſiſtere: vt de carnis tue t̃ra dicat̃: q̄r ceſſauit terra a bell̃. Cũ ãt ꝯſuetudo ſit ſcẽ ſcp̃ture q̃t tuor ptes orb̃/q̃s axes vel plagas nominãt/appellare in deſcp̃tiõe finiũ tribus iude: due tm̃ noiant̃. Et facti ſunt inq̃t fines filioꝝ tribꝰ iuda ſm̃ plebes eoꝝ a finibꝰ idumee/a deſ̃to ſin ad occidẽtẽ. Et cũ deſcp̃ſiſſet fines ab occidẽte ait: ⁊ ab oriẽte mare ſalſũ. Septẽtrionẽ ṽo ⁊ meridiẽ reticuit. Fines ḡ iudee primi ſũt idumee finibꝰ/q̃ t̃rena iterp̃tat̃: poſt t̃rena em̃ ſtati ſequunt̃ fines iudee: ſꝫ a deſ̃to inq̃t ſin. i. tẽtationũ: poſt tẽtatiões ḡ ſequunt̃ fines hereditatꝭ iude. Oriẽs ⁊ occidẽs noiant̃ vicina loca q̄ ſup̄ diximꝰ. i. ꝯfinia. Vallis q̄ꝫ egypti vicina occidẽtalibꝰ ptibꝰ deſignat̃/q̄ a deſ̃to ẽ ad occidẽtẽ. Ab oriẽte vero cingunt̃ fines mari ſalſo. Poſt hec a collibꝰ inq̃t q̄ tẽdũt ad occidẽtẽ: ⁊ ĩde aſcẽdit̃ ab occidẽte vſq̃ ad cadeſbarne: ⁊ ſic ꝓtẽdit̃ ab occidente ad cades: hi ſũt fines eoꝝ ab africo: et ĩde prexit vſq̃ ad vallẽ egypti. Vide quõ i occidẽtis ptibꝰ africũ egyptũ et occaſũ noiat: vt ſciat ſibi q̄ſq̃ hec eſſe trãſeũda: ⁊ ita demũ ad tribũ regiã ꝑuenire: de q̄ ortus ẽ dñs nr̃. A finibus ſũt idumee ẽ deſ̃tũ ſin: iõ neceſſe ẽ nos trãſire eremũ tẽtationũ: vt poſſimꝰ ꝑuenire in hereditatẽ filioꝝ iuda. Aſcẽdere q̄ꝫ optet aſcenſũ colliũ accabim: q̄d iterp̃tat̃ ſcorpiões: q̄r trãſeũdi ſũt a nob̃ ⁊ calcãdi ſcorpiones: de q̄bꝰ dr̃:

Luc.10.c

Ecce dedi vob̃ ptãtẽ calcãdi ſup ſcorpiones ⁊ ſerpẽtes ⁊c̃. Qui ḡ vult igredi in hereditatem tribus iude: aſcẽdat iſtas aſcenſiones: calcet ⁊ euadat hos ſcorpiões. Forte h̃ iter agẽti Ezechieli dicebat dñs: Fili hois in medio ſcorpionũ tu hitas. Et ſunt inq̃t fines vſq̃ ad cadeſbarne. Cades iterp̃tat̃ ſanctũ vel ſanctificatio. Fines ḡ iude vſq̃ ad ſctificationẽ ꝑueniũt. ¶ Dicit̃ etiã ab oriẽtis ptibꝰ tribꝰ iude eſſe mare ſalſũ: ⁊ poſt hec in pte eiꝰ noiat̃ fons ſol̃ ⁊ ciuitas ſol̃: ⁊ in eadẽ tribu ẽ etiã ciuitas lraꝝ. Optet ḡ oẽꝫ q̄ vult introire in ꝑtẽ filioꝝ iuda/trãſire p̄us mare ſalſũ. i. mũdi huiꝰ vndas ⁊ turbines ſuꝑare: ⁊ oĩa huiꝰ mũdi euadere: q̄ ꝓ ſui incerto ⁊ lubrico marinis fluctibꝰ cõꝑant̃: vt poſſit ad iude terrã ꝑuenire/⁊ ad fontẽ ſol̃ iuſticie: q̄ eſt fõs aq̃ ſaliẽtis in vitã et̃nã: ⁊ poſtea ciuitatẽ ſol̃ iuſticie iuenire. Eſt ⁊ in egypto ciuitas ſolis: ſꝫ illa huiꝰ ſolis nomen accepit/quẽ pr̃ celeſtis oriri iubet ſup bonos ⁊ malos. Illa ṽo q̄ eſt in iudea ſctõꝝ tm̃ efficit̃: q̄r ciuitas dei ẽ: ⁊ fons ille ſup̄dictus fluuiꝰ effectus letificat ciuitatẽ dei. Tu q̄ꝫ ſi vndiq̃ munitus ſis/⁊ cõtinẽtie muro circũdatus: patiẽtie ⁊ magnanimitatis turribus ꝯfirmatus/efficieris ciuitas dei. Si ṽo ad h̃ lumẽ ſcie dei tibi addideris: ⁊ te ſol iuſticie irradiauerit: efficieris ciuitas ſolis: vel ciuitatẽ ſolis ſorte hereditabis. Si aũt in lege dei die ac nocte ſtudueris: et de manu tua liber legis nõ receſſerit: efficiet̃ hereditas tua ciuitas lraꝝ.

Joh.4.b — Mat.5.g. — Ps.45.a. — Ps.1.a.

¶ Adam. Nõ parũ vtilitatis ꝯfert̃ aie/cuꝫ ad aures noſtras l3 obſcura lectio diuini ſermonis illabit̃. Si em̃ credit̃ a gẽtilibus: q̄ ꝑ carmia q̄dã q̄ ꝑcãtatiões appellãt: q̄bꝰ iſtud artꝭ ẽ ſuſurrãtes noĩbus quibuſdã cõpellatis: et cũ his que nec illi qui [H] inuocant

a ¶ ſi vis hr̃e hereditatem a ieſu: oportet vt terra carnis tue q̃eſcat nec ꝯ ſpm̃ ꝯfligat.

a ibi int̃ enachim ſitus ẽ: ⁊ t̃rã ceſ- ſauit a ꝑlijs. Ca. XV

I Git̃ ſors filioꝝ iude ꝑ cognatiões ſuas iſta

a ¶ qui interp̄tat̃ terrenus.

fuit: A t̃mio ẽdõ vſq̃ ad deſ̃tũ

¶ tentationis.

ſin cõtra meridiẽ: ⁊ vſq̃ ad extremã pte auſtralis plage. Initium

a ¶ mũdanoꝝ. ſ. fluctuũ

eiꝰ a ſũmitate marꝭ ſalſiſſimi: ⁊ a lingua eiꝰ q̄ reſpicit meridiẽ: egre

a ¶ Dedi vobis poteſtatẽ calcãdi ſup ſerpentes et ſcorpiones.

dieturq̃ ꝯ aſcenſũ ſcõrpionis et ꝑtrãſit i ſina: aſcẽditq̃ꝫ in cades barne: ⁊ ꝑuenit in eſrom aſcẽdẽs ad darã: et circũiens cariathaa: atq̃ꝫ inde ꝑtrãſiẽs in aſemona/et ꝑueniẽs ad torrẽtẽ egypti: erũtq̃ termini eiꝰ mare magnũ. Hic erit finis meridiane plage. Ab oriẽte ṽo erit initiũ mare ſalſiſſimũ vſq̃ꝫ ad extrema iordanis: ⁊ ea q̄ reſpiciũt ad aquilonẽ/a lingua marꝭ vſq̃ ad eũdẽ iordanis fluuiũ. Aſcẽditq̃ t̃mios i bethaglaꝝ trãſit ab aq̃lone in betharaba: aſcẽdẽs ad lapidẽ boem filij rubẽ: ⁊ tẽdẽs vſq̃ꝫ ad t̃mios debera de valle achor ꝯ aq̃lonẽ reſpiciens galgala/q̄ ẽ ex aduerſo aſcenſionis adomim ab auſtrali pte torrentis: tranſitq̃ aquas

a ¶ aq̃ ſaliẽtis in vitã et̃nã. b ¶ iuſticie.

que vocãtur fõns ſõlis: ⁊ erunt

## Nico. de lyra

E[*] a ¶ Et terra ceſ. a ꝑlijs. ſ. cõibus: nõ tñ a pticularibus: vt dictũ eſt in fine ca. ꝑcedẽtis. Ca. XV

Git̃ ſors filioꝝ iude. Poſtq̃ actum eſt de ꝑſonis terrã diuidẽtibus: h̃ ꝯñr agit̃ de ptibus aſſignatis ſingulis tribubꝰ. Et p̄mo de aſſignatiõe t̃re tribui iuda: q̄r erat tribꝰ regia. Scd̃o de aſſignatiõe t̃re filijs ioſeph: q̄ ſucceſſit filijs rubẽ in iure p̄mogeniture q̃tũ ad duplicẽ portionẽ. xvj. ca. Tertio d̃ aſſignatiõe t̃re ſeptẽ alijs tribubꝰ. xviij. ca. Circa p̄mũ p̄mo aſſignat̃ t̃ra tribui iuda in generali. Scd̃o in ſpãli ipſi caleb/ibi: Caleb ṽo. Tertio deſcribit̃ nũerꝰ ciuitatũ/ibi: Erãtq̃ ciuitates. Quarto ꝯditio hitatoꝝ/ibi: Hiebuſeũ ãt. Pria ps diuidit̃ in q̃ttuor: ſm̃ q̄ terra deſcribit̃ ſm̃ q̃ttuor eiꝰ latera. ſ. auſtrale/orientale/aq̃lonare/⁊ occidẽtale. Et patebũt ptes ꝓſequẽdo. Circa p̄mũ dr̃: b ¶ Igit̃ ſors filioꝝ iude ꝑ cognatiões ſuas: id ẽ familias. c ¶ Iſta fuit: a termio edõ ⁊c̃. Hoc dr̃ ad deſignãdũ in quo ſitu ſors iuda fuerit reſpectu aliaꝝ ſortium: q̄r fuit in pte meridionali terre ꝓmiſſiõis: ad quã ptẽ erãt egyptij eoꝝ aduerſarij: vt ſic tribus iuda q̄ erat bellicoſior ceteris/parata eſſet reſiſtere eis. d ¶ Initiũ eius a ſummitate maris ſalſiſſimi. Iſtud eſt mare mortuũ: vt dictuꝫ eſt. ſ. ⁊ erat in angulo coniũgẽte latus auſtrale ⁊ oriẽtale: ⁊ ideo ab illo ĩcipit deſcribere latus auſtrale: q̄d deſcẽdebat ṽſus occidentem. et ideo loca intermedia deſcribit/cũ ſubdit̃: e ¶ Egredieturq̃. Latera em̃ ſortiũ nõ poterunt ſemꝑ deſcribi ſm̃ lineã rectã: ꝓpter montes occurrẽtes/vel paludes vel aliud hmõi. Et ideo dicit̃ hic: Egredietq̃. ſ. linea deſcribẽs ſortẽ iude a parte auſtrali. f ¶ Contra aſcenſum ſcorpionis. Mõs q̄dã eſt vbi ſunt ſcorpiones in abundãtia: ⁊ ad illũ montẽ includendũ intra ſortẽ iude flectebat̃ linea deſcribẽs ṽſus auſtrũ. Et vbicũq̃ i deſcriptiõe ſortiũ vtit̃ ſcriptura hoc ṽbo/egredit̃: vergit vl̃ reflectit̃ vel aliquo hmõi: intelligendũ eſt q̄ linea deſcribens ſortẽ aliquã flectitur a ſua rectitudine ad vnã partẽ/vel ad aliaꝫ. g ¶ Et pertrãſit in ſina. Iſte nõ ẽ mõs ſinai q̄ in pluribus locis in ſcriptura vocatur ſina: q̄r ſors iude nõ ibat vſq̃ ad illum locũ. ſꝫ ſignificat deſertũ ſin: de quo facta eſt mẽtio in p̄ncipio huiꝰ ſortꝭ. Et hoc magis patet in hebreo: q̄r ſina q̄n accipit̃ pro mõte ſinai in quo data eſt lex/ſcribit̃ ꝑ ſamech litterã in p̄ncipio. ꝓut aũt accipit̃ ꝓ deſerto ſin: ſcribit̃ ꝑ ſade. h ¶ Perueniens ad torrentem egypti. Hic eſt nilus ſm̃ aliq̄s: ⁊ ſm̃ alios ẽ quidã torrẽs q̄ vocat̃ riuocorula/q̄ eſt in termio auſtrali terre ꝓmiſſionis. i ¶ Erũtq̃ termini eius mare magnũ. i. mare mediterraneũ: q̄d claudit terrã ꝓmiſſiõis a pte occidẽtis. Et ſic ptꝫ deſcriptio lateris ſortꝭ iude auſtralis ab oriẽte in occidentẽ. k ¶ Ab oriẽte ṽo. Hic deſcribit̃ latus oriẽtale/cuꝫ dicit̃: l ¶ Erit initiũ mare ſalſiſſimũ. q̄r ſic̃ dictũ eſt facit angulũ terre ꝓmiſſiõis in cõiũctione lateris auſtralis ⁊ oriẽtal̃. m ¶ Vſq̃ ad extrema iordanis. i. vſq̃ ad locũ illũ vbi iordanis fluuius ĩtrat mare mortuũ. tantũ em̃ ꝓtẽdit̃ latus ſortis iude oriẽtale/ꝓcedẽdo ab auſtro ṽſus aq̃lonẽ. Conſequẽter deſcribit latus aq̃lonare/dicẽs n ¶ Aſcẽditq̃ terminos. q̄r trãſit ṽſus hierl̃m: q̄ eſt in altiori loco terre ꝓmiſſiõis. Jõ ſb̃dit̃: o ¶ Et erunt exitꝰ eiꝰ ad fon. rogel. qui ẽ ꝓpe hierl̃m: vt habet̃. iiij. Reg. j. Hebrei dicũt: Ad fon[*]

Moralit̃. b ¶ Igit̃ ſors fi. iu. ⁊c̃. Per iudã q̄ interp̄tat̃ ꝯfitẽs ſiue laudãs: põt intelligi bonꝰ ꝑlatus ſecularis vel religioſus/q̄ de ꝯfeſſiõe laudis in obſeq̄o diuio debet eẽ ſollicitꝰ. In ſorte ṽo iude int̃ cetera loca q̄ deſcribunt̃ eẽ in ea/tria ſpecialiter ſunt notãda. l. fons ſolis: ꝑ quẽ ṽitas vite q̄ eſt gratiã ſignificat̃. Nã grã fons aque ſalientis in vitã eternã nominat̃ Joh. iiij. Et cariathſepher: id ẽ ciuitas litteraꝝ: ꝑ quã veritas doctrine ſignificat̃. Et ciuitas ſolis: ꝑ quã veritas iuſticie que morũ corruptioneꝫ reprimit deſignat̃. Iſte tres veritates debent eſſe in ſorte iude: id eſt boni prelati ſecularis vl̃ religioſi.

[*] Caleb ṽo

Diuiſio — Diuiſio — Mõs ſcorpionis — Moralis

A B inuocāt norūt: ex solo tn̄ vocis sono sopiunt̄ serpētes: vel etiā de cauernis trahunt̄: ⁊ sepe in corpib⁹ hūanis tumores vel feruores/ vł alia hmōi voce sola soluere vł reprimere dicunt̄: interdū etiā aīe stuporē quēdā sensus infligere: si tn̄ christi nō restiterit fides. q̄nto mag᷑ toti⁹ p̄cātatiōis ⁊ carmis validiorē ducēdā credim⁹ quācūq̧ scp̄ture sctē vł sermonū vł noīm appellationē. Sic em̄ apd̄ īfideles 𝔷rie ꝟtutes audiētes illa noia assūt: etiā dāt opam in h̄ ad qd̄ iuocari se ex illo vł ex illo noīe sentiūt/ officij sui rē cui se mācipauerūt ipediētes: multo magis celestes ꝟtutes q̄ nobiscū sūt libēter accipiūt: si ꝟba scp̄ture ⁊ hoꝝ nominū appellatiōes velut carmia q̄daꝫ ⁊ p̄cātatiōes ex ore nr̄o pmamus. Etsi em̄ illa nō itelligim⁹/ ille ꝟtutes itelligūt: ⁊ velut carmie q̄dā iuitate/ ⁊ adesse nob̄ ⁊ ferre auxiliū delectant̄. Nō solū em̄ circa nos/ sꝫ etiā itra nos diuie ꝟtutes sūt. vn̄: Bn̄dic aīa mea dn̄o: ⁊ oia iteriora mea nomē sctm̄ ei⁹. i. oia q̄ itra me sūt. Cōstat ḡ mltas esse ꝟtutes itra nos/ q̄b⁹ aīaꝝ nr̄aꝝ vł corpoꝝ cura cōmissa ē. Si sctē sūt cū scp̄ture legunt̄ a nob̄: ⁊ delectāt̄: ⁊ validiores erga nr̄aꝫ diligētiā fiūt: lꝫ sēsus nr̄ sine fructu sit. ꝯm illd̄ aplī: Si liguis loq̄mur/ et spūs nr̄ oret: sēsus āt nr̄ sine fructu sit ad itelligēdū. Mirū mysteriū ī h̄ ptulit apls: aliq̄n. s. fieri posse: vt spūs q̄ i nob̄ ē oret/ ⁊ sēsus nr̄ sine fructu sit. Ille ei ꝟtutes q̄ aīe nr̄e in adiutoriū date sūt/ reficiūt̄ ex auditu sctē scp̄ture/ velut diuis ⁊ rōnabilib⁹ cib̄: cū. s. diuia ꝟba pferim⁹ ex ore. Ipse etiā christ⁹ si in hmōi studijs nos vacātes iueniat: nō solū refici ⁊ pasci dignat̄ in nob̄: sꝫ etiā si has epulas viderit apd̄ nos patas/ patrē secū adducet: ꝯm illd̄: Ego ⁊ pr̄ veniem⁹/ ⁊ māsionē apd̄ eū faciemus. Sꝫ sic hmōi meditatiōib⁹ diuiaꝝ erga nos ꝟtutū ꝯsortia ⁊ officia puocam⁹: ita malignaꝝ ꝟtutū isidias ⁊ demonū icursiōes hmōi sermonū ⁊ noim appellatiōib⁹ effugamus. Verbi gr̄a: vt si q̄s psperexerit p̄cātatiōib⁹ sopitū serpētē in māib⁹ portari/ vł de cauernis exhi: nihil nocere valentē/ venenis incātationū ꝟtute torpētib⁹: ita lectiōis diuie ꝟtute si q̄s intra nos ē 𝔷rie ꝟtut᷑ ꝯpēs: si patiēter feras. i. si nō tedio auditū auītas/ scp̄ture carminib⁹ depellit̄. Si ḡ legit̄ tibi scp̄tura obscura ⁊ quā nō itellig᷑: hāc iteri vtilitatē suscipe: obserua tm̄ ne efficiar᷑ sicut aspides surde/ ⁊ obturātes aures suas q̄ nō exaudiūt vocē incātāt᷑ ⁊ venefici q̄ incātat̄ a sapiēte. Est em̄ carmē qd̄ incātat̄ a sapiēte iesu naue ⁊ ab oibus prophet᷑. Ne ḡ fastidiam⁹ audiētes sctās scp̄turas etiā si nō intelligamus: sꝫ fiet nob̄ ꝯm fidē nr̄aꝫ credētibus: q̄r Ois scp̄tura diuinit⁹ est inspirata: ⁊ vtilis/ etiā si nō sentiamus vtilitatē. Prebēt aliq̄n medici cibū vł potū. Verbi gr̄a: Ad discutiendā caligiē oculorū: nec tn̄ in edēdo/ vel potādo sentimus q̄ psit: sꝫ cū trāsierit dies vna et altera et tertia: suo tpe p occultos meatus relata ad visum/ cibi vł poculi ꝟtus paulati purgat aspectū.

Scripturarū secreta ꝟtus

Ps. 102

1. Cor. 14. c

Joh. 14. c

B

2. Timo. 3. d

a ¶ Caleb ꝟo fi. ie. ⁊c. Adam. Ca. XV. Initiū distributiōis iesu incipit a caleb. data ē em̄ huic portiōis sue sors p̄usq̧ trib⁹ sua. i. trib⁹ iuda pcipet: nec i extremis ptib⁹/ sꝫ i medio filioꝝ iuda nec p sortē/ sꝫ p p̄ceptū dn̄i dat̄ ei citas itegra. Quē em̄ aliū dignū erat ꝯseq̄ talē hereditatē/ nisi caleb: q̄ sol⁹ saluat⁹ est cū iesu de sexcēt᷑ milib⁹ armatoꝝ q̄ exerāt d̄ egypto? Et ipm̄ optet accipe metropoli. Iō dedit ei iesus ciuitatē arboc: metropoli enach: q̄ est hebrō: in q̄ erāt mēorie patrū: ⁊ extermiauit inde tres filios enach. Primo ḡ discutiamus q̄re metropolim accepit caleb ⁊ illā que p̄ma int̄ omes in terra pmissiōis metropolis dicit̄: ⁊ metropolis enach q̄ interp̄tat̄ hūilitas inanis. Due aūt hūilitates sunt. Vna laudabil᷑: de q̄ d̄r: Discite a me: q̄r mitis sū ⁊ humilis corde ⁊c. ⁊/ Qui se hūiliat/ exal. ⁊c. ⁊/ Hūiliamini sb̄ potēti manu dei. Altera culpabil᷑: d̄ q̄ d̄r: q̄r amnon hūiliauit thamar sororē suā. Hec ē hūilitas inanis q̄ ex pctō descēdit. Hui⁹ metropolim cepit: ⁊ excidit caleb: ⁊ iteremit tres filios enach id ē inanis hūilitat᷑: ⁊ hītauit ciuitatē. Prim⁹ aūt ē fili⁹ sesai. i. ex me: h̄ est ex sctm̄. ex sctm̄ em̄ est fili⁹ inanis hūilitat᷑: imo ⁊ ex deū. Est ali⁹ achiman q̄ iterp̄tat̄/ frat̄ me⁹ ex ꝯsiliū: velut si dicat̄ frat̄ me⁹ sine ꝯsilio. Oēs em̄ frēs q̄ de hūilitate inani nascunt̄/ ex ꝯsiliū sunt. Tertius ē tholmai: qd̄ interp̄tat̄ p̄cipitiū vel suspēsio: q̄r nihil in eo stabilitatis/ sed vaga oia ⁊ in p̄ceps ruētia. His exterminatis ascēdit in dabir: cuius nomē erat prius/ ciuitas litteraꝝ. Dabir autē interp̄tat̄ loq̄la. Igit̄ ciuitatem litteraꝝ intellige oē veteris testamēti instrumentū: sicut hanc ipsam quā nūc exponimus scripturam: q̄ post efficit̄ dabir. i. loquela. Que enim prius in litteris erat: et ꝯm litteram intelligebatur: modo in ecclesijs christi loquela facta est: loquētibus de ea ⁊ disserētibus ꝯm p̄mo aplīs:

Hūilitas duplex

Mat. 11. d

Luc. 14. c

1. Pe. 5. b.

2. Reg. 13. c.

exitus eius ad fontē rogel: ascenditq̧ p vallē filij ennom ex latere a iebusei ad meridiē: hec ē hierl̄z ⁊ inde se erigens ad vericē montis qui est cōtra iehennō ad occidentem in summitate vallis raphaim ꝯ͞ aquilonem: ptransitq̧ a vertice montis vsq̧ ad fontem aque nepthoa: ⁊ puenit vsq̧ ad vicos mōtis ephrō: inclinaturq̧ in bala/ que est cariathiarim: id b est vrbs siluarum: ⁊ circuit de bala ꝯ͞ occidentem vsq̧ ad monteꝫ seir. Transitq̧ iuxta latus montis iarim ad aq̄lonē in cheslon: ⁊ descēdit in bethsames/ transitq̧ in thamna: ⁊ peruenit contra aq̄lonem partis accharon ex latere c inclinaturq̧ secrona/ ⁊ trāsit mōtē baala: puenitq̧ in gebneel: ⁊ magni maris ꝯ͞ occidentem fine d ꝯcludit̄. Hi sunt termini filiorū iuda p circuitū in cognatiōib⁹ suis. a ¶ cōuersionis. Caleb ꝟo filio iephone de e dit ptē i medio filioꝝ iuda sic p̄ceperat ei dn̄s: cariatharbe pa a ¶ nō in extremis. b ¶ nō in sorte. a ¶ q̄ iterp̄tat̄ hūilitas ianis: vł rīsio ianis. tris enach: ipa est hebrō: deleuitq̧ ex ea caleb tres filios enach a ¶ extra me. i. eccl'iaꝫ. b ¶ frat̄ me⁹ extra ꝯsiliū. i. sine cōsilio. oēs em̄ filij ianis hūilitat᷑ extra cōsiliū sūt. c ¶ Lxx. thalamin. i. p̄cipitiū vel suspēsio: q̄si vagus. s. et p̄ceps. sesai ⁊ achimā ⁊ tholmai de stirpe enach: atq̧ ide cōscēdēs veit f ad hitatores dabir/ q̄ prius vocabat̄ cariathsepher: id ē ciuitas lit- a ¶ q̄ interp̄tat̄ loq̄la.

## Nico. de lyra

cūt: Ad mōtē fullonis. ita q̄ rogel ꝯm eos nō est nomē ppriū/ sꝫ cōe. Ibi em̄ fullones lauāt vestes. ⁊ ꝯm h̄ d̄r. iiij. Reg. xviij. d. Venerūt hierl̄m ⁊ steterūt iux̄ aq̄ductū piscine supioris/ q̄ est in via agri fullonis. a ¶ Ex latere iebu. ⁊c. Dixit Ex latere/ ad meridiē: q̄r linea diuidēs sortē iude a sorte beniamin pcedēs de oriēte in occidentē/ in latere aq̄lonari decliabat ad ptē meridionalē iux̄ hierl̄m: ⁊ sic hierusalē erat ex lineaꝫ illā in pte aq̄lonari vbi erat sors beniamin: nō tn̄ totā: sꝫ q̄tuꝫ ad illā ptē in q̄ postea fuit fundatū tēplū ⁊ altare holocausti: qd̄ ꝯm oēs expositores fuit in sorte beniamin. b ¶ Cariathiarī: id est vrbs siluaꝝ. Istud/ vrbs siluaꝝ n̄ est in hebreo: sꝫ additū est a trāslatore: ad oñdēdū iterp̄tationē hui⁹ noīs cariathiari. Cariath em̄ idē est q̄ ciuitas: iarim silue. c ¶ Et puenit ꝯ͞ aq̄. ⁊c. h̄ nō d̄r h̄: eo q̄ linea determinās latus istud pcedat recte ꝟsus aq̄lonē: q̄r linea describēs latus aq̄lonare trāsit ab oriēte in occidētē. Sꝫ q̄r in h̄ loco linea p̄dicta a sua rectitudine flectit̄ ꝟsus aq̄lonē. iō sb̄dit̄: d ¶ Et magni ma. Mare magnū h̄ vocat̄ mare mediterraneū: vt. s. dictū ē: vbi termiat̄ lat⁹ aq̄lonare sort᷑ iude: ⁊ incipit lat⁹ occidētale. lat⁹ em̄ occidētale sort᷑ iude ē totū sup illud mare: qd̄ etiā claudit totā t̄rā pmissionis a pte occidēt᷑. Et sic p3 descp̄tio q̄rti lateris sortis iude. e ¶ Caleb ꝟo. Hic ꝯn̄r describit̄ sors iude in speciali q̄tū ad ipm̄ caleb: q̄r cepit ptē spc̄alē: vt dictū est ca. xiiij. ⁊ h̄ repetit̄. Et p3 lr̄a ex p̄dict᷑ vsq̧ ibi: f ¶ Inde cō ve. ad ⁊c. cariath. i. ciuitas lr̄aꝝ. h̄ ē additū a trāslatore: ad oñdēdū iterp̄tationē hui⁹ nois cariathsepher: q̄r cariath iterp̄tat̄ ciuitas: sepher scp̄tura vł liber. Dicūt āt hebrei q̄ iō sic vocata ē ista ciuitas: eo q̄ othoniel q̄ istā ciuitatē cepit/ vt stati sb̄dit̄: aliq̄ legis capl'a q̄ obsuscata et deleta fuerāt tpe

D

e ¶ Caleb ꝟo ⁊c. Sic. s. p caleb signatus est senex vigorosus ad debellādū vitia/ q̄ ē christi mēbꝝ: sic i isto loco p caleb pōt significari christus q̄ est fideliū caput. Nā frequenter in expositiōe sacre scripture/ ⁊ maxie mystica fit trāsitus de capite ad mēbra: et ecōuerso: pter eoꝝ cōnexionē. Per h̄ igit̄ q̄ caleb in cariatharbe ꝯfudit tres gigantes filios enach: figuratum fuit q̄ christus in hierl̄m ternariū filioꝝ diaboli ꝯfusurus erat. s. sacerdotū/ scribaꝝ et phariseoꝝ: quos in euāgelio legit̄ frequēter ꝯfudisse. f ¶ Inde conscendēs ve. ad ha. da. que prius vo. cariathsepher. i. ciuitas litterarū vocabat̄: p quā intelligi pōt vniuersitas hereticoꝝ q̄ ex lr̄atura supbiētes nouas fingūt hereses: et eas nitunt̄ verbositate p̄hica vel rhetorica

Moralit̄

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
848/D Vol. 2

pulari ⁊ habitari: ⁊ iđo dñs ipleuerat dictū ſuū ſ̃ꝫ formā ꝓmiſſi. a Pataq₃ ē ab eo pax i oēs ꝑ cir. na. i. ab oīb⁹ ꝑ circūitū natiōib⁹: q̄ illi q̄ erāt ex terrā ꝓmiſſiōis: vt egyptij/ idumei ⁊ alij nō audebāt cōtra eos mouere bellum. b Nulluſq₃ eis ho. i. illoꝝ q̄ remāſerāt adhuc in terra ꝓmiſſionis: q̄ magis ꝓprie dicebāt̃ hoſtes eoꝝ: q̄ inhibitū erat filijs iſrl̃ facere cū eis amicitias: vt hr̃ Num. xxxiij. ⁊. ſ. ħ libro. xxiij. c Sꝫ cūcti i eo. di. re. ſunt. Sꝫ videt̃ ꝙ in ħ peccauerūt filij iſrl̃: q̄ ſic dictū ē. ſ. ca. xvj. et. xvij. illi d tribu ephraim ⁊ de tribu manaſſe peccauerūt in ħ/ ꝙ ꝑmiſerūt aliq̄s hoſtiū habitare i ſortib⁹ ſuis ſub tributo. Dicēdū ꝙ tribus ephraim ⁊ dimidia manaſſe erāt in magna multitudine: ſic dictū ē. ſ. xvij. ca. ꝓpt̃ qđ cōqueſti fuert̃ de artitudine ſuę poſſeſſionis. poterāt etiā ſuos adūſarios ſuꝑare: vñ ibidē dr̃: Poſtq₃ aūt conualuerūt filij iſrl̃/ ſubiecerūt chananeos ⁊ fecerūt ſibi tributarios: nec interfecerūt eos. ſ. ſ̃m ꝓceptū dñi/ lꝫ poſſēt: ducti cupiditate tributi. iſti aūt duob⁹ cōcurrētib⁹. ſ. mltitudie ad t̃rā populādū/ ⁊ ptāte ad adūſarios debellādū nō erat filijs iſrl̃ licitū reſeruare habitatores illi⁹ t̃rę: ſꝫ ſ̃m ꝓceptū dñi debebant eos interficere: ⁊ iō trib⁹ ephrai ⁊ trib⁹ manaſſe peccauerūt dimittēdo eos i ſortib⁹ ſuis. Qñ aūt iſta duo vl̃ alterā eoꝝ deficiebat: poterāt habitatores t̃rę in ditionē recipe/ vl̃ treugā cū eis facere: nō ad ſp: q̄ ħ erat ſimpl̃r illicitū: ſꝫ ad tp̃s/ q̄uſq₃ haberēt multitudinē ſufficientē ad t̃rā populādū ⁊ v̄tutē deſtruendi eos: q̄ depēdebat ex volūtate dñi: q̄ illos reſeruauerat in terra illa: vt in eis experiret̃ iſrl̃/ vtrū ſeruarēt ei⁹ mādata: vel nō: vt haberēt ꝯſuetudinē ꝓliādi: ſic dictū eſt. ſ. in ꝓn. xiij. ca.

D

[E]Odē tp̃e. Hęc eſt vltima ꝑs ꝓncipal̃ Ca. XXII hui⁹ libri in q̄ agit̃ de duc̃ diſpoſitiōe. ⁊ ꝓmo inq̄tū reſpicit finē certaminis. ſcđo ꝓut reſpicit tp̃s pacis ca. xxiij. tertio ꝓut reſpicit tp̃s ſuę mort̃ ca. vl. Circa ꝓmū ſciēdū ꝙ bell̃ t̃miat̃/ trib⁹ rubē ⁊ gad ⁊ dimidia manaſſe debebāt reūti ad loca ſua vltra iordanē: ħ tñ debebāt facere de licētia ⁊ ſcitu ioſue: ⁊ iō primo dat̃ eis hęc licētia. ſcđo notāt̃ de idolatria/ ibi: Cūq₃ veniſſent. tertio inq̄rit̃ de fama/ ibi: Et interim miſerūt. q̄rto declarat̃ veritas plana/ ibi: Rñderūt filij rubē. Circa ꝓmū: ſciēdū ꝙ licētia dat̃/ tñ ſub duplici cōditiōe: ꝓut videbit̃ ꝓſequēdo. Primo igit̃ notat̃ tp̃s debitū hui⁹ licētię/ cū dr̃: d Eodē tp̃e. ſ. q̄ nouē trib⁹ ⁊ dimidia habebāt terrā ſufficiētē ꝓ habitatiōe ſua: ⁊ q̄etē ab adūſarijs tā extrinſecis q̄ intrinſecis: eo mō q̄ dictū eſt in fine ꝓcedē. ca. e Uo. ioſ. ru. ⁊c. vt remitteret eos ad loca ſua. f Feciſtis oīa q̄ ꝓce. vo. moy. ꝓcedēdo fr̃es veſtros ad pugnā q̄uſq₃ haberēt ſuā poſſeſſionē. hoc aūt ꝓceptū moyſi hr̃ Nu. xxxij. g Mihi q̄3 in oīb⁹ obe. Cōmēdat eos: q̄ v̄t⁹ laudata creſcit: ⁊

Diuiſio

Moralr̃. d Eodē tp̃e vo. ⁊c. Hic agit̃ de reuerſiōe tribuū rubē ⁊ gad et dimidię trib⁹ manaſſe ad ſortes ſuas vltra iordanē. ⁊ ꝓmo ioſue cōmēdat eos de obediētia ad deū et ad moyſen ⁊ ad ſeipm/ dicēs: f Feciſtis oīa ⁊c. ꝑ qđ oñdit̃ ꝙ lꝫ opa v̄tutū in ꝓncipio nō ſint cōmēdāda ꝓpt̃ dubiū de ꝑſeuerātia: vt dictū fuit. ſ. Leuit. xix. tñ. q̄ñ ꝑſeuerātia manifeſtat̃ ſic fuit in ꝓpoſito debēt cōmēdari. Amb. in ſermone de confeſſore

Moralit̃



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
848/D Vol. 2

E ℱ dimittit eos in hereditatē suā: datis quibusdā munerib⁹. In q̄ significat: q̄ cū plenitudo gētiū intrauerit, ⁊ q̄ ꝓmissa sūt a dn̄o iesu ꝑcepit: illi q̄ ꝑ moysen eruditi ⁊ instructi fuerāt: et nob̄ in certamine, orōnib⁹ ⁊ exēplis auxiliati sunt: q̄ nōdū ꝓmissiōes cōsecuti sūt: expectātes vt etiā nr̄a vocatio ipleret̄: ⁊ tūc demū ꝑfectionē ꝯsequent̄ cū munerib⁹: q̄ accipiūt a iesu: vt vnusquisq̄ habitet in pace omni impugnatione cessante.

Rom. xi. c.

a ❡ Cūq̄ venis. ⁊c. Adam. Filij ruben ⁊ gad ⁊ dimidia tribus manasse trās iordanē edificauerūt altare: filij vo isrl̄ reliq̄ cām igrātes, mittūt phineē filiū eleaçari cū .x. viris de singl̄is tribub⁹ elect⁹ q̄rentes q̄re h̄ fecissent. Illi āt satisfaciūt de ara dicētes: Scimus q̄ altare verū ē apud vos vbi iesus h̄itat ⁊c. Sȝ videam⁹ hui⁹ facti sacramētū. Prior ppl̄s circūcisiōis i ruben ꝑmogenito figurat̄: ⁊ in gad q̄ et ipe ꝑmogenit⁹ ē ex çelfa: ⁊ manasse ꝑmogenit⁹ ē. Qr aūt dico, ꝑmogenitus ꝓm tp̄s loq̄r. Hec aūt dicunt̄, ne iter nos ⁊ illos q̄ an̄ aduētū christi fuerūt iusti diuisio aliq̄ videret̄: sȝ vt ostēderēt se etiā frēs nr̄os eē. Licȝ eñ tūc habuerint altare: sentiebāt q̄ nō erat verū, sȝ forma futuri ⁊ veri altar⁹. Nouerāt illi q̄ vere hostie, ⁊ q̄ possent auferre pctā: nō in illo altari offerebant̄ qd̄ habebat ꝑmogenit⁹ ppl̄s: sȝ i isto vbi erat iesus. Fiet q̄ vn⁹ grex: et vn⁹ pastor: illi iusti, et isti iusti christiani.

Gen. 29. g. Ibidem. 30. b Joh. 10. c

b ❡ Multi de ppl̄o ⁊c. Cadebat q̄ aliq̄n ppl̄s in deserto et moriebat̄. venit aarō ⁊ stetit i medio eoꝝ q̄ moriebant̄: ⁊ q̄ viuebāt ne vltra vastatio mortis ꝓficeret. Venit q̄ et nūc ver⁹ pōtifex dn̄s me⁹ medius int̄ morientes ⁊ viuos. i. inter eos qui ex iudeis suam presentiam susceperunt: ⁊ inter eos qui non solum non susceperunt, ℱ sed se * a simili * cōfessore pōtifice.

Nume. 16. g.

ita dūtaxat vt custodiatis attente et ope cōpleatis mādatū ⁊ legē quā p̄cepit vobis moyses famulus dn̄i: vt diligatis dn̄m deū vr̄m: ⁊ ambuletis in oib⁹ vijs ei⁹, ⁊ obseruetis mandata illi⁹: adhereatisq̄ ei: ac seruiatis in oi corde, ⁊ in omni aīa vr̄a. Bn̄dixitq̄ eis iosue et dimisit eos. Qui reuersi sunt i tabernacula sua. Dimidie aūt tribui manasse possessionem moyses dederat in basan: et idcirco medie q̄ supfuit dedit iosue sortē int̄ ceteros fratres suos trās iordanē ad occidētalē ei⁹ plagā. Cūq̄ dimitteret eos i tabernacula sua, ⁊ bn̄dixisset eis: dixit ad eos: In multa substantia atq̄ diuitijs reuertimini ad sedes vestras cū argēto ⁊ auro, ere ac ferro et veste multiplici: Diuidite predā hostium cū frib⁹ vestris. Reuersiq̄ sūt et abierunt filij ruben ⁊ filij gad, et dimidia trib⁹ manasse a filijs israel de silo, q̄ sita est i chanaan: vt intrarent galaad terram possessionis sue: quā obtinuerant iuxta imperiū dn̄i in manu moysi. Cunq̄ venissent ad tumulos iordanis in terrā chanaā, edificauerunt iuxta iordanē altare īfinite magnitudinis. Qd̄ cum audissent filij isrl̄: et ad eos certi nūcij detulissēt, edificasse filios ruben ⁊ gad ⁊ dimidie tribus manasse altare in terra chanaā super iordanis tumulos cōtra filios israel: conuenerunt omnes in silo vt ascenderēt ⁊ dimicarēt cōtra eos. Et interim miserūt ad illos in terraȝ galaad phinees filiū eleaçari sacerdotem: et decē ꝑncipes cū eo singl̄os de singulis tribub⁹. Qui venerūt ad filios ruben ⁊ gad dimidie trib⁹ manasse i terram galaad: dixerūtq̄ ad eos: Hec mandat omnis populus dn̄i: Que est ista trāsgressio: Cur reliquistis dominū deū israel, edificātes altare sacrilegū: ⁊ a cultu illi⁹ recedētes: † An parū vob̄ ē ꝙ peccastis i beelphegor: ⁊ vsq̄ in p̄sentē diē macula hui⁹ sceleris i vobis ꝑmanet: multiq̄ de po/

## Ni. de lyra

* data crescit: ⁊ ptȝ littera vsq̄ ibi: a ❡ Ita dūtaxat. vbi huic licentie addit̄ duplex cōditio. scd̄a ponit̄, ibi: Cūq̄ dimitteret. Prima aūt cōditio est respectu dei: vt. s. diligēter seruēt mādata dei. iō s̄bdit̄: b ❡ Ut custodiatis attē. interi⁹. c ❡ Et ope cō. exteri⁹. d ❡ Mādatū. q̄ tū ad p̄cepta moralia. e ❡ Et legē. q̄tuȝ ad iudicialia ⁊ cerimonialia. f ❡ Quā p̄ce. vo. mo. fa. dn̄i. q. d. nō p̄cepit vob̄ auctē ꝓpria, sȝ dei: cui est in oib⁹ obediēdū. g ❡ Ut dili. do. de. v. q̄ ei⁹ dilectio est finis toti⁹ leg⁹: vt declaratū fuit diffusi⁹ Deu. vj. h ❡ Et ambuletis in oib⁹ vijs ei⁹. iuste ⁊ pie viuēdo: q̄ vniuerse vie dn̄i misericordia ⁊ v̄itas: ꝓm ꝙ d̄r ps̄. xxiiij. b i ❡ In omni corde. i. affectu. q̄ voluntas mouet alias potētias anime ad act⁹ suos: sicut cor alia mēbra corꝑis. k ❡ Et in oi aīa vr̄a. i. intellectu. l ❡ Bn̄dixitq̄ eis iosue. imp̄cando eis bona. bn̄dictio eñ solennis ad ip̄m nō ꝑtinebat: sed tm̄ ad officiū sacerdot⁹. m ❡ Tribui manasse ⁊c. Hoc addit̄: q̄ illa trib⁹ erat diuisa q̄tū ad h̄itationē. n ❡ Cūq̄ dimitteret eos. Hec est scd̄a conditio eis imposita: ⁊ est respectu ꝓximi: q̄ exꝑimit̄, cū d̄r: p ❡ Diuidite predaȝ hostiū. quā acq̄sistis in bellis. q ❡ Cum fratrib⁹ ve. i. cū illis de tribub⁹ vestris q̄ māserūt ad custodiēdū familias ⁊ loca vestra. q̄ illi q̄ remanebāt ad sarcinas, debebāt habere partes suas d̄ p̄da bellantiū. ⁊ h̄ fuit obseruatū tāq̄ iustū: nō solū a tpe dauid: q̄ de hoc posuit legē, vel positā ꝯfirmauit: vt h̄r. j. Reg. sȝ etiā a tpe abraā: vt declaratū fuit Gen̄. xiiij. r ❡ Cūq̄ venis. ad tu. Hic ꝯn̄r notant̄ filij ruben ⁊ gad ⁊ dimidie trib⁹ manasse de idolatria. cuius occasio p̄mittit̄ cū d̄r: Cūq̄ venissent ad tu. ior. In hebreo h̄r: ad terminos iordanis. s ❡ In terrā chanaā. Ex q̄ ptȝ ꝙ altare illud de q̄ fit hic sermo fuit edificatū in terra chanaan iux̄ iordanē. t ❡ Edificauerūt iuxta ior. al. in fi. mag. i. notabilis magnitudis. ⁊ ē locutio hyꝑbolica. In hebreo āt habet̄: altare magne visionis: q̄ a lōge poterat videri. v ❡ Qd̄ cū au. filij isrl̄ ⁊c. sequitur: Couenerūt oēs i silo ⁊c. Suspicati sūt eñ ꝙ fecissent altare ad imolādū idolis: vel ad immolādū deo extra locū silo: eo ꝙ eēt nimis remotus ab eis: qd̄ erat eis illicitū, ex q̄ tabernaculū fuit fixū in silo: ⁊ altare holocaustoꝝ ibi positum: ꝓut dictū fuit pleni⁹ Deut̄. xij. x ❡ Et interim. Hic ꝯn̄r inquirit̄ de fama: q̄ bellū non debet moueri maxime ꝯ amicos, nisi ex certa causa ⁊ iusta: ⁊ ideo ad hoc inq̄rendū missi sunt certi ⁊ solēnes nūcij: q̄ notant̄ cum d̄r: y ❡ Phinees. q̄ habebat magnū çelū legis ꝓm qd̄ habet̄: Nu. xxv. z ❡ Et de. ꝑn. cū eo sin. d̄ sin. tri. q̄ p̄ter tribū leui de q̄ erat phinees erāt nouē trib⁹ ⁊ dimidia: de qua fuit missus vn⁹ sicut ⁊ de tribubus integris. ⁊ patet lr̄a vsq̄ ibi: a ❡ Que est ista trās. Quia sicut dictū est: reputabāt illud altare edificatū ad immolandū idolo vel ipsi deo, mō tamē indebito: ⁊ iō inq̄rebāt vtrū esset hec causa, vel illa. Et p̄mo tāgūt causaȝ idolatrie dicentes: b ❡ Cur reliq̄stis dn̄m deuȝ isrl̄ edi. al. sa. Et adducūt exemplū de idolatria phegor q̄ ponit̄ Nu. xxv. dicentes: c ❡ An parū vob̄ ē ꝙ pec. i beel. q̄si dicāt. ad illā idolatriam vultis addere aliā. d ❡ Et vsq̄ in p̄ntem diē macu. hui⁹ sce. in vo. ꝑmanet. q̄ macula ⁊ vituperiū de culpa parentū manet in filijs eoꝝ. Sciendū tamen ꝙ istud nō plus debebat imponi ruben et gad q̄ alijs: q̄ ille qui fuit ꝑncipalis in illa idolatria: ⁊ q̄ fuit interfectus cum scorto madianitide fuit princeps in tribu simeō: vt h̄r Nu. xxv. ⁊ iō i hebreo h̄r sic: An parū vob̄ ē pctm̄ phegor, a q̄ nō sum⁹ mūdati vsq̄ ad diē istū: ꝯseq̄t̄: e ❡ Multiq̄ d̄ po. coꝝ. ꝓpter pctm̄ paucorū. Et tūc arguūt ad obseruātiā diuie leg⁹, cum dicit̄: a ❡ Ita dumtax. ⁊c. ⁊ vt de bōis acq̄sitis liberalit̄ diuidāt fratrib⁹ suis q̄ remāserāt ad t̄rā custodiēdā. cū d̄r: o ❡ In ml̄. s̄b. at. di. re. Per h̄ aūt significat̄ ꝙ bōa spūalia q̄ alijs cōicata nō minuūt̄, sȝ poti⁹ augēt̄ liberalit̄ sūt cōicāda. hec aūt dixit iosue i recessu p̄dictoꝝ vt ei⁹ v̄ba i eoꝝ cordib⁹ arti⁹ remanerent impressa. r ❡ Cūq̄ ve. ⁊c. Per h̄ aūt ꝙ edificauerūt altare in terra chanaā sup iordanē, in testimoniū ꝙ ipsi ⁊ eoꝝ filij haberēt ius accedēdi ad terrā ꝓmissionis pro cultu dei: priusq̄ intrarent suas hereditates ⁊ viderēt filios suos ⁊ vxores: significat̄ ꝙ fideles an̄ oia debēt esse solliciti de cultu debito ipsius dei.

Gaudet nauigantis felicitatē... 

* cōfessore pōtifice. Lauda nauigātis felicitatē: sed cum ꝑuenerit ad portū. Lauda ducis v̄tutē: sȝ cū perduct⁹ ē ad triūphū. Scd̄o iducit eos

Moralit. † Nu.

A B sȝ se magis ꝗ̃ illū occiderūt/dicē/ (Mat.27.c) (Mat.23.d.) tes: Sāguis eius sup nos ⁊ sup fi/ lios nr̃os. Vñ: Oīs sanguis iustꝰ q̇ effusus est sup t̃rā/req̃ret̃ ab hac generatiōe q̄ hęc dixit. Sunt ꝗ̃ isti ꝑs ppl̃i mortui: qꝛ neqꝫ açyma/ne/ qꝫ dies festos cōpetēter agūt. Sȝ (Tob.2.b) cōuersi sunt dies festi eoꝝ in luctū ⁊ cātica in lamentū. Qui etiam si vellēt poterāt diē festū celebrare in eo loco quem elegit dñs deus. Nos aūt nō diximus eis: Nō erit vobis ꝑs in hoc altari/vel in hęre/ ditate dñi: sȝ ipi sponte sua /altare verū et cęlestē pontificē refutaue/ rūt: ideo etiā imaginem ꝑdiderūt. (Luc.13.g) vñ: Ecce relinquet̃ vobis domus vr̃a deserta. Trāslata ē eñ ad nos grã spūssancti ⁊ solennitates: quia trāsijt ad nos pōtifex verus ꝺm or/ dinē melchisedech: ⁊ necesse est eū veras hostias.i. spūales offerre a/ pud nos/vbi ędificat̃ templuȝ dei ex lapidibus viuis: q̄ est eccl̃ia dei viuētis: ⁊ vbi est verus isrl̃ in chri/ sto iesu dño nr̃o. a ❡ Extructo altari ad holo. Augꝰ. Et in sacri ficijs salutariū nostrorum. Quia pluraliter dicta sunt sacrificia: plu/ raliter etiā salutaria. Ubi aduertē/ dū est quēadmodū singulariter di ci soleat sacrificiuȝ salutare: quia si christū accepimus q̇ dictus ē salu/ tare dei: nō occurrit quēadmoduȝ ꝑlalit̃ possit ītelligi. Unꝰ eñ dñs noster iesus christus: ꝗ̃uis multi di (Ps.104.b) cant̃ christi ꝑ eius grãȝ post eū. vñ Nolite tāgere christos meos. Utrꝝ aūt salutares possit dici vl̃ saluta (B) ria/nō facile audendū est. Solus eñ saluator est ipse.

## Nico.de lyra

⁂ a simili dicētes: a ❡ Et vos ho.re.dñm. ędificātes altare sa/ crilegū/vt p̄dictū ē. b ❡ Et cras: id ē in futuro ⁊ cito. c ❡ In vni uersū isrl̃ ira eiꝰ de. ꝓpt̃ trāsgres sionē vr̃am. Cōseq̄nt̃ tāgūt aliam cāȝ de cultu dei illicito/cum dicit̃: d ❡ Qꝛ si pu.imū.eē t̃rā pos. vr̃ę. Eo ꝙ dñs nō elegit eā vt po/ neret̃ ibi eiꝰ tabnaculū ⁊ altare: et ꝓpt̃ h̄ in terra vr̃a nob ꝓpinq̇ori fecistis altare ad offerendū ibi ho/ stias dño tāq̄ꝫ sit vob licitū: qꝺ tñ est falsū. Jō sequit̃: e ❡ Trāsite ad terrā ⁊c̃. qꝛ dabimꝰ vobis de possessiōibꝰ nr̃is ne rē illicitā facia tis: cuiꝰ punitio etiā redūdaret in nos. ⁊ ad h̄ exēpluȝ inducūt/cū dr̃: f ❡ Nōne achā. Jste est q̇ accę/ pit de anathemate: vt dictū est.s̃. vij.ca. ꝓ cuiꝰ pctō exercitꝰ isrl̃ fuit debellatꝰ ⁊ plures īterfecti: vt di/ ctū fuit ibi: g ❡ Rñderūtqꝫ filij rubē. Hic apit̃ veritas plana per rñsionē filioꝝ rubē ⁊ gad ⁊ dimi/ (Diuisio) dię tribus manasse. vbi p̄mo poni tur eoꝝ rñsio. Scꝺo rñsiōis accę/ ptatio/ibi: Quibus audit̃. In rñ/ siōe aūt sua p̄mo excludūt causas sibi īpositas ędificatiōis altaris: ⁊ primo illā de idolatria/cum dicit̃: h ❡ Si p̄uaricatiōis aīo.i.ido latrię intentiōe. i ❡ hoc altare ꝯstruximus ⁊c̃. puniat nos in pñti pęna publica ⁊ patēti. Scꝺo excludūt

pulo corruerūt: Et vos hodie reliq̇stꝭ dñm: (a b c d) ⁊ cras in vniuersū isrl̃ ira eius deseuiet. Qꝛ si putatis immūdā esse terrā possessiōis vr̃ę: trāsite ad terrā.in q̄ tabernaculū dñi est: ⁊ ha/ (e) bitate inter nos: tñ vt a dño ⁊ a nr̃o cōsortio nō recedatis: ędificato altari p̄ter altare dñi dei vr̃i. † Nōne achā filiꝰ çare p̄terijt mādatū (f) dñi: ⁊ sup oēm ppl̃m isrl̃ ira eiꝰ icubuit: Et il/ le erat vnꝰ hō/atqꝫ vtinā solꝰ ꝑisset in scelere suo. Rñdertqꝫ filij rubē ⁊ gad ⁊ dimidię tri (g) bus manasse p̄ncipibꝰ legatiōis isrl̃: Fortissi mus dñs deꝰ isrl̃ ipe nouit/⁊ isrl̃ sl̃r itelligat: si p̄uaricatiōis aīo hoc altare cōstruximꝰ: nō (h i) custodiat nos/sȝ puniat nos in pñti. Et si ea (k) mēte fecimꝰ vt holocausta ⁊ sacrificiū ⁊ paci ficas victias sup eo iponeremꝰ: ipe q̄rat ⁊ iu (l) dicet: ⁊ nō ea magis cogitatiōe atqꝫ tracta/ (m) tu vt diceremꝰ: Cras dicēt filij vr̃i filijs nr̃is: (n o p q) Quid vob ⁊ dño deo isrl̃: Terminū posuit dñs int̃ nos ⁊ vos o filij rubē ⁊ filij gad ior danē fluuiū: ⁊ idcirco ꝑtē nō habetꝭ in dño: (r) ⁊ ꝑ hāc occasionē auertēt filij vr̃i filios nr̃os (s t v x) a tiore dñi. Putauimꝰ itaqꝫ meliꝰ ⁊ diximꝰ: Extruamꝰ nob altare: nō i holocausta/ neqꝫ ad victias offerēdas: sȝ in testimoniū int̃ nos (y) ⁊ vos ⁊ sobolē nr̃aȝ vestrāqꝫ ꝓgeniē: vt ser/ uiamus dño: ⁊ iuris nr̃i sit offerre holocau/ sta ⁊ victimas ⁊ pacificas hostias: ⁊ neq̄qꝫ dicāt cras filij vestri filijs nr̃is: Nō ē vobis pars in dño. Qꝛ si voluerint dicere/rñde/ bunt eis: Ecce altare dñi qꝺ fecerūt patres nostri: nō in holocausta: neqꝫ in sacrificiū: sȝ in testimoniū nostrum ac vestrum. Absit (z) a nobis hoc scelus vt recedamus a dño: ⁊ (a) eius vestigia relinquamus / extructo altari ad holocausta ⁊ sacrificia ⁊ victimas offerē/ das p̄ter altare dñi dei nr̃i qꝺ extructū ē añ tabernaculū eius. Quibus auditꝭ phinees (a) sacerdos ⁊ principes legatiōis isrl̃ qui erāt cum eo/placati sunt: ⁊ verba filiorum ruben ⁊ gad ⁊ dimidię tribus manasse libētissime suscęperūt. Dixitqꝫ phinees filius eleaçari sacerdos ad eos: Nūc scimus ꝙ nobiscum sit dominus: quoniam alieni estis a pręuari/ catione hac: ⁊ liberastis filios israel de ma/ (b) nu domini. Reuersusqꝫ ē cum principibus a filijs rubē ⁊ gad de terra galaad finiū cha/ naan ad filios israel: ⁊ retulit eis. Placuitqꝫ sermo cunctis audientibus: ⁊ laudauerunt deum filij isrl̃: ⁊ nequaqꝫ vltra dixerunt vt ascēderēt cōtra eos atqꝫ pugnarēt: ⁊ delerēt terram possessionis eorū. Uocauerūtqꝫ filij (c) rubē ⁊ filij gad altare qꝺ extru/ xerant: testimonium nostrum ꝙ dominus ipse sit deus.

E Uoluto aūt multo Ca.XXIII (d) tēpe/postqꝫ pacē dederat dñs (e)

excludūt aliā cāȝ de illicito cul (C) tu/cū dr̃: k ❡ Et si ea mente fecimꝰ vt ho. offerremus ibi dño. l ❡ Ipse q̄rat ⁊ iudi. pęna debita nos puniēdo. Cō seq̄nter apiūt verā cām/cū dr̃: m ❡ Et ñ ea m.co.at.tr. vt di. Cras.i.i posterꝝ. n ❡ Di cēt.i. dicere potuerit. o ❡ Fi (†s.7.a) lij vr̃i filijs nr̃is. qñ trāsibūt iordanē ad offerēdū dño in lo/ co tabnaculi dñi. p ❡ Quid vob ⁊ dño deo isrl̃: i. nō ha betis i eo ꝑtē. Cuiꝰ cā que pos set allegari subdit̃: q ❡ Ter minū po. ⁊c̃. ior. fl. q̇ ē termi nus terrę ꝓmissionis. r ❡ Et idcirco ꝑtē nō habetis in dño.i. ad vos non ꝑtinet acce dere ad locū cultus eius: qꝛ nō estis de terra promissionis. s ❡ Et ꝑ hāc occa. auer.i. aūtere poterūt. t ❡ Filij vr̃i fi.no.a ti.do. qꝛ illi q̇ elōgāt̃ a cultu dei/ꝑ ꝯñs elōgant̃ ⁊ fi/ naliter auertunt̃ a timore ⁊ re uerētia ipsius. v ❡ Putaui mus itaqꝫ meliꝰ. Ad exclu/ dendum hoc malum futurum. x ❡ Et diximꝰ: Extruamꝰ nob al. nō in holo. ⁊c̃.i. ad causas q̄s opiati estꝭ. y ❡ Sȝ in testimoniū int̃ ⁊c̃. videlȝ ꝙ nos habeamꝰ ius accedēdi ⁊ sl̃r filij nostri ad locū cultus dñi/sicut vos ⁊ filij vr̃i. Et ꝑtȝ lr̃a vsqꝫ ibi: z ❡ Sȝ in testi moniū nostrū ac vestruȝ. Nostrū: qꝛ habemus ius acce (D) dēdi. Uestrū: qꝛ nō habetꝭ ꝑtā tē nos repellendi. a ❡ Qui bus auditis. Hic ꝯñr ponit̃ dictę rñsiōis accęptatio. Et pa tet lr̃a vsqꝫ ibi: b ❡ Et libera stis filios israel ⁊c̃. quia nō peccastis sic opinabamur: nec ꝑ ꝯñs occasione vestri punie/ mur. c ❡ Uocauerūtqꝫ fi/ lij ruben ⁊c̃. ꝙ dñs ipse sit deus.i. ꝙ dñs sit deus noster sicut ⁊ illoꝝ hebręoꝝ q̇ habitāt in terra chanaā. Dicit aūt Jo/ sephus: ꝙ iste titulus erat scul ptus in altari illo ad memoriā futurā. Ca.XXIII

E Uoluto aūt. Hic cōsequēter describit̃ dispositio iosue ꝗ̃tū ad tempus pacꝭ inducēdo po/ pulum ad cultum diuinum: vt ꝑ hoc ostenderēt se gratos de dei beneficijs iam pręstitis: et securi iam essent de promissis obtinēdis. Ad hoc autē indu/ cit rationem Primo ex amore (Diuisio) boni. Secūdo ex timore mali/ ibi: Qꝛ si volueritꝭ. Sñia p̄mę ꝑtis ꝑtȝ in lr̃a: paucis exceptꝭ. e ❡ Postqꝫ pacem de. ⁊c̃. Hęc autem pax ⁊ subiectio na tionum intelligēda est sicut di ctuȝ est.s̃. in fine. xxi. ca. qꝛ etiā ⁂ post mortē Moraliter. d ❡ Euolu/ (Moralit̃) to antem multo tēpe ⁊c̃. In hoc caplo iosue debellatis aduersarijs ꝓ maiori parte in/ duxit populū ad dei timoreȝ ⁊ d v ⁂ seruitutē

a ¶ En ego hodie Ca. XXIII ingrediar. Aug⁹. Qđ aūt dic̄ iesus: Ego aūt recurro viā sic̄ ⁊ oēs q̄ sūt sup̄ t̄rā: In ea iterp̄tatiōe q̄ ē ex hebreo iuenim⁹: ingredior viā. Ita ḡ accipiēdū ē qđ. Lxx. dixer̄t: Recurro/ sic̄ dictū est hoi: Donec (Gen. 3. c) reūtaris in terrā vnde sumpt⁹ es: vt ꝑm corpus itelligatur. Sc̄dm aīaꝫ ꝟo si voluerimus accipe: sic̄ (Eccs. 12. c) in eccl'iaste scriptū est: Et sp̄us reuertet̄ ad deū qui dedit eū: nō arbitror de oībus posse dici: sed de his q̄ sic vixerunt/ vt ad eū redire mereant̄ tanq̄ȝ ad auctorē a q̄ creati sūt. Nō em̄ hoc de illis intelligi (Ps. 77. e) pōt de q̄bus dicit̄: Sp̄us ābulans ⁊ nō reuertens. Jesus aūt si nō addidisset: sicut ⁊ omnes q̄ sūt sup̄ terrā/ nulla esset q̄stio. Nō em̄ aliud de illo crederemus q̄ȝ quod de eo dignū esse legimus. Cū ꝟo additū est hoc: mirū si hoc qđ latinus interpres recurro/ posuit: nō magis ꝑcurro/ vel excurro dicendum est. Omnes em̄ ꝑcurrūt/ vel excurrūt huius vite viam cum ad eius finem ꝑuenerint. Sed quia hoc verbū positū est vbi parētes rebecce dicunt ad seruum abrae: (Gen. 24. f.) Ecce rebeccam accipiens recurre/ et sit vxor domini tui. Ideo et hic ita hoc verbuꝫ interp̄tatū est. ⁋ Tuli ergo

## Nico. de lyra

⁎ post mortē iosue habuerūt filij israel bella cōtra gētes derelictas in t̄ra sua: vt habet̄ Judic̄. j. Et etiā hic subdit̄: a ¶ Multeq̄ȝ adhuc sup̄sūt natōes: dn̄s deus vester disp̄det eas. supple si colat̄ eū fideliter ⁊ deuote. Ideo subdit̄: Tm̄ ꝯfortamini ⁊c̄. Et patet l̄ra vsq̄ȝ ibi: b ¶ Ne postq̄ȝ intraueritis ⁊c̄. iuret̄ in noīe deoꝝ eaꝝ. q̄ꝛ hoc ꝑtinet ad reuerentiā idoloꝝ: ꝑm q̄ d̄r ad Heb. vj. c. Oēs ꝑ maiorem sui iurāt. c ¶ Et seruiatis eis ⁊c̄. q̄ꝛ ex reuerētia idoli deducit̄ aliquis ad actū idolatrādi. Fuit etiā ꝓhibitū p̄dictū iuramentū: q̄ꝛ de facili posset credere simplices/ q̄ trāsgressio talis iuramēti nō eēt pctm̄ qđ ē falsū: q̄ꝛ ꝑ h̄ frāgit̄ fidelitas: ⁊ ideo ꝑm Aug⁹. ibi ē duplex pctm̄. Vnū est faciēdo reuerētiā idolo. Aliud ē fidē frāgēdo. d ¶ Q̄ si volue. Hic inducit ad cultū ⁊ dilectionē dei ex tiore mali/ qđ ꝯtingit ab eo recedendo. Et h̄ ē qđ d̄r: Q̄ si voluerit̄ gē. haꝝ q̄ int̄ vos ha. er. ad. colēdo eaꝝ idola. e ¶ Et cū eis miscere cō. atq̄ȝ ami. cop. qđ erat eis ꝓhibitū: vt h̄r Deut̄. vij. q̄ꝛ talia sunt occasiones recedēdi a cultu diuio. Treugas aūt v'l aliq̄ pacta ad h̄ nō inducētia nō erat eis illicitū: vt dictuꝫ fuit. s̄. xxj. ca. sic̄ ⁊ christiani aliq̄n habēt cū saracenis. f ¶ Erunt vob̄ in fo. trāsgressiōis. g ¶ Et offendiculū ex la. v̄ro. In hebreo habet̄: Et scrutiniū lateꝝ vestroꝝ. i. scrutabunt̄ oīa secreta v̄ra ad vos s̄buertendū ⁊ eiciendū de terra. Ido subdit̄: h ¶ Donec vos au. ⁊c̄.

israeli: subiectis in gyro nationibus vniuersis: ⁊ iosue iam longeuo et persenilis etatis: postq̄ȝ diuiserat terram filijs israel ꝑm q̄ dominus imperauerat: vocauit iosue omnem israelem/ maioresq̄ȝ natu ⁊ principes ac duces ⁊ magistratus. Dixitq̄ȝ ad eos: Ego senui ⁊ progressioris etatis sum: vosq̄ȝ cernitis omnia que fecerit dominus deus vester cunctis per circūitum nationibus/ quomodo pro vobis ipse pugnauerit. Et nūc quia vobis sorte diuiserit omnem terram: ab orientali parte iordanis vsq̄ȝ ad mare magnū: multeq̄ȝ adhuc supersunt nationes: dominus deus vester disperdet eas ⁊ auferet a facie vestra: ⁊ possidebitis terram sicut vobis pollicitus est. Tm̄ confortamini ⁊ estote solliciti vt custodiatis cuncta que scripta sunt in volumine legis moysi: ⁊ non declinetis ab eis/ neq̄ȝ ad dexteram/ neq̄ȝ ad sinistram: ne postq̄ȝ intraueritis ad gentes q̄ inter vos future sunt/ iuretis in nomine deorum earum/ et seruiatis eis et adoretis illos: sed adhereatis domino deo vestro/ qđ fecistis vsq̄ȝ in diem hanc: Et tunc auferet dominus deus a conspectu vestro gentes magnas ⁊ robustissimas: ⁊ nullus vobis resistere poterit. Vnus e vobis ꝑsequetur hostium mille viros: quia dominus deus vester ꝓ vobis ipse pugnabit/ sicut pollicitus est: hoc tm̄ diligentissime precauete/ vt diligatis dominū deum vestrum. Q̄ si volueritis gētium harum que inter vos habitant erroribus adherere: ⁊ cū eis miscere connubia atq̄ȝ amicitias copulare: iam nūc scitote q̄ dominus deus vester nō eas deleat ante faciem vestraꝫ: sed erūt vobis in foueam ac laqueū ⁊ offendiculū ex latere vestro/ ⁊ sudes in oculis vestris: donec vos auferat atq̄ȝ disp̄dat de terra hac optima quam tradidit vobis. †En ego hodie ingrediar viā vniuerse terre: ⁊ toto animo cognoscet̄ q̄ de oībus verbis que se dominus prestiturū vobis esse pollicitus est/ vnum non preterierit incassum. Sicut ergo impleuit ope quod ꝓmisit/ ⁊ ꝓspera cūcta venerunt: sic adducet sup̄ vos quicquid maloꝝ cōminatus ē: donec vos auferat atq̄ȝ disperdat de terra hac optima quā tradidit vobis: eo q̄ p̄terieritis pactum domini dei vestri quod pepigit vobiscū/ ⁊ seruieritis dijs alienis ⁊ adoraueritis eos. Cito atq̄ȝ velociter cōsurget in vos furor domini: ⁊ auferemini ab hac terra optima quam tradidit vobis.

Congregauitq̄ȝ Ca. XXIIII iosue oēs tribus israel in sichē: ⁊ vocauit maiores natu ac p̄ncipes ⁊ iudices ⁊ magistros: ste-

## Nico. de lyra

vos aufe. ⁊c̄. s. dn̄s. q̄ꝛ sic̄ tradidit eā vob̄ ꝓpt̄ merita patrū: ita auferet a vob̄ ꝓ demeritis v̄ris. i ¶ Vnū nō p̄terierit incassum. Licet em̄ adhuc nō haberēt totā terrā sibi ꝓmissā: tm̄ habebāt ꝑm formā ⁊ moduꝫ ꝓmissionis: sicut declaratū fuit. s̄. ca. xxj.

⁎ seruitutē: ꝓmittēs eis q̄ si fideliter hec fecerit/ de remanētibus adu̇sarijs triūphabūt. Per hoc aūt significat̄: q̄ q̄libet bonus p̄latus q̄ ꝑ iosue significat̄/ suos s̄bditos sollicite monet ad dei reuerentiā ⁊ amorē. ⁊ cū videt eos de vitijs aliq̄bus triumphasse: confortat eos in dn̄o: ꝓmittens eis q̄ cū dei adiutorio de alijs triūphabūt. Pōt autē hoc ⁊ aliter exponi de ꝑsona singulari: vt ꝑ iosue synderesis intelligat̄ q̄ malo remurmurat et ad bonū semꝑ inclinat: ꝓpt̄ qđ incitat intellectū ⁊ voluntatem ad debellationē motuū sensitiue partis inordinatoruꝫ: ⁊ post debellationē vnius ꝑtis sensitiue. s. irascibilis vel cōcupiscibilis icitat cū dei adiutorio ad deuincendū passiōes alterius partis. Ca. XXIIII

Congregauitq̄ȝ iosue. Hic ꝯn̄r describitur dispositio duc̄ iosue circa tēpus sue mortis: renouando obligationeꝫ populi ad seruitutē dei. Primo igit̄ dicta renouatio describit̄. Et secūdo mors iosue subdit̄/ ibi: Et post hoc mortuus est iosue. Circa p̄mū iosue p̄mo causas dicte obligationis cōmemorat. Secūdo ꝯsensum ppl'i captat/ ibi: Nunc ergo timete dn̄m. Tertio explicat difficultatem/ ibi: Dixitq̄ȝ iosue ad populū: Non poteritis. Quarto ꝯsensū iteratū ꝓfessiōe firmat/ ibi: Testes inq̄t vos est̄. Quito ad h̄ signū applicat/ ibi: Et tulit lapidē. Circa p̄mū cōmēorat bn̄ficia dei exhibita israeli q̄ debēt ip̄m mouere ad ꝑuiēdū dn̄o fideliter ⁊ deuote. Primū aūt bn̄ficiū est reuocatio patrū ab idolatria. qđ notat̄ cū d̄r: ⁎ Trās fluuiū

Moraliter. k ¶ Cōgregauitq̄ȝ iosue. Per iosue qui tēpore sue mortis appropinquante congregauit tribus isr'l: ⁊ eis explicauit legeꝫ dei ⁊ mandata: ⁊ fedus inter deū ⁊ populū renouauit: vt habet̄ in hoc capitulo/ significat̄ bonus p̄latus secularis vel religiosus: qui tempore sue mortis debet suos subditos monere de ꝑseuerātia in bono: quia tunc verba sua in cordibus audientiū remanēt fortius impressa. sic em̄ fecit moyses vt patet in libro Deuteronomij q̄si ꝑ totū. Et silr̄ christ⁹ discipulos suos monuit: vt h̄r Johan. xvij. Et similiter beatus Franciscus/ et beatus Dn̄icus: et silr̄ plures alij patres sācti: ꝓut scribit̄ in eoꝝ legēdis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
848/D Vol. 2

A ☙ a ¶ Tuli ergo pa- Ca.XXIIII
trē vestrū. Aug. Qđ. Lxx. habēt:
Et assumpsi patrē vestruz abraā de
trās flumina: ⁊ deduxi eū in oēz ter-
rā. interpretatio q̄ est in hebreo ha-
bet: Et induxi eū in terrā chanaan.
Mirū est q̄ si Lxx. ꝓ terra chanaā
oēz terrā ponere voluerūt. nisi intu
entes ꝓphetiā: vt magis ex ꝓmissi-
one dei tanq̄ factū accipiatᷣ/ qđ cer-
tissime futuꝝ in christo ⁊ in ecclia ꝓ
nūciabatᷣ: qđ est verū semen abrae.
b ¶ Pugnauerūtq̄ cōtra vos
⁊c. Aug⁹. Clausis portis se muro-
rū ambitu tuebātᷣ. sz claudere ꝯ ho
stē portas ꝑtiet ad bellū. Nō eñ mi
serūt legatos q̄ pacem poscerēt. Si
aūt dictū esset: pugnauerūt aduer-
sum vos/ falsum esset: qꝛ bellū cōti-
nuas pugnas nō habet: sz aliqñ cre-
bras: aliqñ raras: aliqñ nullas. Bel
lū tñ ē qñ est quodāmō armata de-
fensio. c ¶ Scabrones: et eieci
eos de locis ⁊c. Lxx. Vespas .i.
forte trāslatiue acerrimos timoris
aculeos: q̄bus quodāmō timorib⁹
Ps. 77. e. pungebantᷣ vt fugerent: aut aereos
aculeos spiritus: quod in Ps. dici-
tur per angelos malos: nisi quis di
cat: nō omnia que facta sūt esse scri-
pta: ⁊ velut veras vespas intelligi.
☙ Nō poteritis

## Nico.de lyra

☙ a ¶ Trans fluuiū. s. euphra-
ten. b ¶ Habitauerunt patres
vestri. Sequitur: Seruieruntq̄
dijs alienis. Qđ fuit declaratuz
Gen. xj. c ¶ Tuli ergo patrem
B vrm abraā. sepando eum ab ido-
latris. d ¶ Et adduxi eū in ter-
ram chanaā. ꝓut habetᷣ Gen. xij.
Secūdū bñficiū est ꝓlis multiplica
tio: qđ notatᷣ cū dicitᷣ: Multiplica-
uiq̄ semē eius ⁊c. Tertiū bñficium
est liberatio a famis ꝑiculo: qđ no-
tatᷣ cū dicitᷣ: e ¶ Jacob vo et fi.
ei⁹ de. i e. ⁊c. vt habetᷣ Gen. xlvj. ⁊
ibi saluati fuerunt a ꝑiculo famis ꝑ
ioseph. Quartū bñficiū est signorū
ostensio: qđ notatᷣ ibi: Misiq̄ moy
sen et aarō ⁊c. Quintū est a seruitu-
te liberatio/ ibi: Eduxiq̄ vos et pa-
tres vestros de egypto. Sextuz est
maris rubri diuisio ⁊ egyptioꝝ sub
mersio/ ibi: Persecutiq̄ sūt egy. ⁊c.
f ¶ Qui posuit tenebras inter
vos et egyptios. Id est nubē te-
nebrosam ex parte egyptioꝝ: ita ꝙ
nō poterant accedere ad filios isrl':
vt habetur Exodi. xiiij. g ¶ Vide
runt oculi vestri cuncta que in
egypto fecerim. Quia iosue ⁊ ca
leb ⁊ multi de tribu leui qui ibi erāt
exierunt de egypto: et ante exitum
viderāt mirabilia que dominus ibi
fecerat ꝓ filijs israel. Septimū be-
neficiū est gubernatio populi in de-
serto: vbi quadraginta annis susten
tati sunt manna celitus dato: vt ha-
betur Exodi. xvj. Octauum est du-
orū regum amorreorū debellatio/
ibi: Et introduxi vos in terram ⁊c.
Nonū est maledictionis balaā eua
cuatio/ ibi: Surrexit āt balach. De-
cimum est iordanis desiccatio/ ibi:
Transistisq̄ iordanē. Undecimum
est ciuitatꝭ hiericho debellatio/ ibi:
Pugnaueruntq̄ cō-

terūtq̄ in ꝯspectu dñi: ⁊ ad pplm sic locut⁹
est. Hec dic dñs de⁹ isrl': Trās fluuiū hita a b
uerūt patres vri ab initio: thare pater abra
a am ⁊ nachor: fuierūtq̄ dijs alienis. †Tuli c
ergo patrē vrm abraā de mesopotamie fi-
nibus: ⁊ adduxi eū in terrā chanaan: mul- d
tiplicauiq̄ semen ei⁹: ⁊ dedi ei isaac: illiq̄
rursum dedi iacob ⁊ esau. E q̄bus esau de-
di montē seir ad possidendū. Jacob vero ⁊ e
filij eius descēderunt in egyptum. Misiq̄
moysen ⁊ aaron: ⁊ ꝑcussi egyptum multis
signis atq̄ portētis: eduxiq̄ vos ⁊ patres
vros đ egypto/ ⁊ venistis ad mare: ꝑsecuti-
q̄ sunt egyptij p̄res vros cum curribus ⁊
eq̄tatu vsq̄ ad mare rubrū. Clamauerunt
aūt ad dñm filij isrl': qui posuit tenebras in- f
ter vos ⁊ egyptios: ⁊ adduxit sup eos ma-
re: ⁊ operuit eos. Viderunt oculi vri cūcta g
q̄ in egypto feceri: ⁊ habitastis in solitudi-
ne multo tēpore: et itroduxi vos in terram
amorrei q̄ habitabat trans iordanē. Cūq̄
pugnarēt ꝯ vos/ tradidi eos in man⁹ vras:
⁊ possedistis terram eorū: atq̄ interfecistis
eos. †Surrexit autez balach filius sephor
rex moab/ ⁊ pugnauit ꝯ israelem. Misitq̄
⁊ vocauit balaam filium beor vt maledice
ret vobis: ⁊ ego nolui audire eū: sz ecōtra-
rio ꝑ illuz bñdixi vobis/ ⁊ liberaui vos de
manu eius. Transistisq̄ iordanē ⁊ venistis
b ad hiericho: pugnauerūtq̄ ꝯ vos viri ciui h
tatis eius: amorreus/ phereceus ⁊ chana- i
neus et etheus ⁊ gergeceus ⁊ eueus ⁊ hie-
buseus: ⁊ tradidi illos i manus vras. Mi
c siq̄ añ vos scabrones: ⁊ eieci eos de locis k
suis/ duos reges amorreoꝝ: non in gladio
⁊ in arcu tuo: dediq̄ vobis terram in qua
nō laborastis: ⁊ vrbes q̄s nō edificastis: vt
habitaretis in eis: vineas ⁊ oliueta que nō
plātastis. †Nūc ḡ timete dñm/ ⁊ seruite ei ꝑ l m
fecto corde atq̄ verissimo: ⁊ auferte deos n o
quibus seruierūt patres vri in mesopota-
mia ⁊ in egypto: ac seruite dño. Sinautē p
malū vob videtᷣ vt dño seruiatꝭ: optio vo- q
bis datᷣ. Eligite hodie qđ placet/ cui serui-
re potissimū debeatis: vtrū dijs/ q̄b⁹ seruie-
runt patres vestri in mesopotamia: an dijs
amorreoꝝ in q̄ꝝ terra habitatꝭ: Ego aūt et
dom⁹ mea seruiem⁹ dño. Rñditq̄ pplus ⁊
ait: Absit a nobis vt relinquamus dñm/ et
seruiamus dijs alienis. Dñs deus nr ipse
eduxit nos ⁊ patres nros de terra egypti:
⁊ de domo seruitutis: fecitq̄ vidētibus no
bis signa ingētia: ⁊ custodiuit nos in omni
via per quam ambulauimus: ⁊ in cunctis
populis ꝑ quos transiuimus: ⁊ eiecit vni- v
uersas gentes amorreorū/ habitatorē ter-
re quam nos intrauimus. Seruiemus igitᷣ

h ¶ Pugnauerūtq̄ contra C
vos viri ciuitatis eius. Li-
cet nō exiuissent ad bellādū ꝯ fi-
lios isrl': stabāt tñ supra muros
parati ad resistendū eis: nec mi-
serūt ad eos legationem pacis. †Gen. 11. d
i ¶ Amorreus/ phereceus
⁊c. Hic nominantᷣ septē popu-
li habitantes in terra chanaan:
quia hiericho erat prima ciui-
tas oppugnāda a filijs israel: ⁊
ideo đ oib⁹ gētibus in tota ter
ra chanaan habitantibus vene
runt aliqui bellatores in hieri-
cho ad resistendum filijs israel
in ꝑncipio. Duodecimum bene
ficium est de auxilio diuinitus
eis dato/ cum dicitᷣ: k ¶ Mi-
siq̄ ante vos scabrōes. Li-
cet scabrones ꝓprie loquendo
sint musce ex fimo eq̄ nascētes:
tamen hic accipiuntur pro mu-
scis a deo supernaturaliter for-
matis: que habebāt aculeos ve
nenatos/ ꝑz ꝙ dicūt hebrei. Di
cunt autem alij expositores: ꝙ
scabrones hic accipiuntᷣ meta-
phorice pro aculeis timoris et
terroris dissoluentibus corda
eorū: ita ꝙ non poterant resiste
re filijs israel. Tertiumdecimū
beneficium est de concessiōe ter †Nūe. 22. a.
re fructifere et edificate. qđ no-
tatur ibi: Dediq̄ vobis terram
⁊c. Sequitᷣ: l ¶ Nunc ergo
timete dominum. Hic con-
sequenter iosue captat populi
consensum ad dei seruitium/ di-
cens: Nunc ergo timete do
minū. timore filiali. m ¶ Et D
fuite ei ꝑfecto corde. absq̄
diminutione. n ¶ Atq̄
verissimo. sine simulatione.
o ¶ Et auferte deos alie-
nos. Dicunt aliqui ꝙ tunc nō
habebant idola. et ideo aufer-
te hic accipitur pro non recipe-
re. Potest tamen dici vt videtᷣ
ꝙ aliqui eorum habebant ido-
la que apportata fuerāt de egy
pto: ꝯm ꝙ habetur Amos. v. g.
Nunquid hostias ⁊ sacrificiuz
obtulistis mihi in deserto qua- †1. Reg. 7. a
draginta annis domus israel: Tob. 14. c.
et portastis tabernaculum mo-
loch et imaginem idolorum ve
strorum/ sidus dei vestri que fe
cistis vobis ⁊c. Et hanc aucto-
ritatem allegat beatus stepha-
nus contra iudeos: Actuū. vij.
p ¶ Sinautem malum vo
bis videtur vt domino ser
uiatis. propter sumptus sa-
crificiorum et aliorū que in cul-
tu eius reqrūtᷣ. q ¶ Optio
vobis datur ⁊c. Ista optio
non est concessionis/ sed ꝑmis-
sionis: quia deus permittit ho-
minem agere ꝯm libertatem ar
bitrij. si tamen ad malum flecti-
tur/ iuste punitur. Cetera patēt
vsq̄ ibi: r ¶ Et eiecit vni-
uersas gentes amorreorū
habitatorez terre quā nos
intrauimus. Id est aliquas
de vniuersis: quia ꝓ maiori par
te eiecit: aliquas tamen dimisit
ꝓpter causas supdictas. xiij. ca.
☙ Dixitq̄ io.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
848/D Vol. 2

E a ¶ Non poteritis &c. Aug⁹. Nõ poteritis seruire dño: qꝛ sctũs est. An qꝛ illius sanctitati pfecta seruitute quodãmõ cõtẽporari hũane fraglitati ipossibile est? Quo audito: nõ solum isti eius eligere seruitutẽ/ sed etiã de auditorio ꝛ misericordia
Ps.142.a eius ꝓsumere debuerũt. de q̃ dicit: Nõ intres in iudiciũ cũ seruo tuo: qꝛ nõ iusti. in conspe. tuo ois viuẽs. Hi aũt se potius ꝓsumpserũt ꝙ sine vlla offensione deo seruirent: vt iaz
Roma.10.a tũc inciperẽt qd dictum est: Ignorãtes dei iusticiam et suã volẽtes cõstituere/ iusticię dei non sunt subiecti. Ita eis iã
Ibidẽ.5.d. lex subintrabat vt abũdaret delictuz: ꝛ postea supabũdaret grã p iesũ christũ:
Ibi.10.a qui ẽ finis legis. b ¶ Auferte deos alienos. Aug⁹. Quid est qd ait? Et nũc auferte deos alienos q̃ sunt in vobis: ꝛ dirigite corda vestra ad deũ isrl'. Nõ eñ adhuc habebãt simulacra gentiũ: cũ supius obedientiã eoꝝ ꝓdicauerit. Aut vo si haberent post tantas legis cõminationes: illa eoꝝ ꝓspera non sequerent: cum sic vindicatũ sit in eos
S.7.a ꝙ vnus de anathemate furatus ẽ. De/
Geñ.35.a niqꝫ iacob dixit hoc eis q̃ cũ illo de mesopotamia exierant: vbi sic idola cole/
Ibi.31.c. bant/ vt et rachel paterna furaretur. Sꝫ post illã admonitionẽ iacob dederũt quę habebãt. vñ apparuit eum hoc dixisse: qꝛ sciebat eos habere. Post hãc vero admonitionẽ iesu/ nullus tale aliquid ꝓtulit. Non tamen putanduz est hoc illũ inanit̃ ꝓcępisse. Nõ eñ ait: Et nũc auferte deos alienos si qui sunt in vobis: sed oĩno tanqꝫ sciens esse/ q̃ sunt inquit in vobis. Sanctus ergo ꝓpheta in cordibus eoꝝ cogitatiões cernebat d deo et alienas a deo: ꝛ ipsas ammonebat auferri. Qui eñ talẽ cogitat deũ q̃lis nõ est: alienũ deuz ꝛ falsum in
F cogitatione portat. Quis est aũt q̃ sic cogitet deũ vt ipse est? Relinquit̃ g̃ fi/
2.Coꝛ.5.b delib⁹ q̃diu pegrinant̃ a dño auferre a corde suo phantasmata q̃ se cogitationibus ingerũt: velut talis/ aut talis sit deus q̃lis nõ est: et dirigere coꝛ ad illũ fideliter: vt quemadmodũ ꝛ q̃ntum vobis expedire nouit/ ipse se insinuet: donec absumat̃ omne mendaciũ. vñ dictũ
Ps.115.a. est: Omnis homo mendax. Et trãsacta
1.Coꝛ.13.d. non solum impia falsitate: sꝫ ipso speculo ꝛ ęnigmate: facie ad faciẽ cognoscamus eum. c ¶ Percussit ergo &c. Aug⁹. Et disposuit iesus testamentũ ad populum in die illo: ꝛ dedit illi legem ꝛ iudicium in silo corã tabernaculo dñi dei isrl': ꝛ scpsit verba hęc in libro legis dei: ꝛ accępit lapidem magnum: ꝛ statuit illum iesus sub therebinto ante dñm: ꝛ dixit ad populuz: Ecce lapis iste erit vobis in testimoniũ: qꝛ hic audiuit oĩa q̃ dicta sunt a dño q̃cunqꝫ locutus est ad vos hodie. et hic erit vobis in testimoniũ in nouissimis diebus cũ mẽtiti fueritis dño deo vestro. Hęc verba qui altius pscrutant̃/ nõ tantũ virũ tam insipientẽ putant: vt verba dei quę locutus est populo/ lapidem audisse crediderit: qui etiã si in hoiez effigiatus esset: aures haberet ꝛ nõ audiret. Sed p hunc lapidẽ illũ signi/
Ps.117.c ficauit q̃ est lapis offensionis: non credentibus iudęis ꝛ petra scãdali: quẽ reprobauerũt ędificãtes: ꝛ factus ẽ in caput angu
1.Coꝛ.10.a. li. De q̃ dicit̃: Bibebãt aũt de spũali ꝯseq̃nte eos petra. petra ãt erat christ⁹. Vñ petrinis cultr' ppl'm circũcidit ductoꝛ egregius: qui cũ illo etiã sepulti sunt: vt ꝓfundũ mysteriũ demonstraret posteris ꝓfuturũ. Sic ergo hunc lapidẽ visibiliter statutum debemus spũaliter accipe in testimonium futurum in/
Ps.80.c. fidelibus iudęis. i. mẽtiẽtibus. de q̃bus dicit̃: Inimici dñi mẽtiti sunt ei. Neqꝫ eñ frustra cuz moyses/ vel potius deus p eũ disposuisset ad populũ testamentũ qd erat in arca testamenti: ꝛ in libris legis tãta sacramẽtoꝝ ꝛ ꝓcęptoꝝ multiplicitate cõscript'/ dictũ est hic: Disposuit iesus testamẽtũ in die illa. Repetitio eñ testamẽti nouũ testamentũ significat. sicut Deuteronomiũ. i. scda lex ꝛ scdę tabulę. Multis eñ modis significatum est qd vno modo implendum fuit. Qꝛ autez sub therebinto statutus ẽ lapis hic: significat ꝙ virga ad petrã vt aqua ꝓflueret: ꝛ qꝛ

ꝓflueret: ꝛ qꝛ neqꝫ hic sine ligno statutus est lapis. Ideo autẽ subter: qꝛ nõ fuisset in cruce exaltatus/ nisi humilitate sbiectis. Vel ꝙ illo tpe quo id faciebat iesus naue/ adhuc obumbrãdũ mysteriũ fuit. Therebintus etiam medicinalẽ lachrymã exudat: q̃ arboꝛ a. Lxx. hic posita est. Alij vo quercuz posuerunt. G Mirum est ꝙ

domino: quia ipse ẽ deus noster.
a Dixitqꝫ iosue ad ppl'm: Non poteritis seruire dño: deus eñ sctũs ꝛ fortis ęmulatoꝛ est: nec ignoscet sceleribus vr̃is atqꝫ pctis. Si dimiseritl dñm ꝛ seruieritl dijs alienis/ ꝯuertet se ꝛ affliget vos atqꝫ subuertet: postqꝫ vobis ꝓstiterit bona. Dixitqꝫ ppl's ad iosue: Nequaqꝫ ita vt loqueris erit: sꝫ dño seruiem⁹. Et iosue ad ppl'm: Testes inq̃t vos estis: qꝛ ipsi elegeritis vob dñm vt seruiatis ei. Respõderuntqꝫ: Testes. Nũc ergo
b ait: auferte deos alienos de medio vestrũ: ꝛ inclinate corda vr̃a ad dñm deum isrl'. Dixitqꝫ ppl's ad iosue: Dño deo nostro seruiemus: ꝛ obediẽtes erimus ꝓcepti
c eius. Percussit g̃ iosue in die illo fędus: ꝛ ꝓposuit populo ꝓcępta atqꝫ iudicia in sichem. Scripsit q̃qꝫ oĩa verba hęc in volumine legis domini: ꝛ tulit lapidẽ pgrandẽ: posuitqꝫ eũ subter quercuz q̃ erat in sanctuario dñi: ꝛ dixit ad omnẽ populuz: En lapis iste erit vobis in testimoniuz/ ꝙ audieritis oĩa verba dñi quę locutus est vob/ ne forte postea negare veli/

## Nico. de lyra

a ¶ Dixitqꝫ iosue ad ppl'm. Hic ꝯñr iosue oñdit eis difficultatẽ seruitutis dei/ dicẽs: b ¶ Nõ poteritis seruire dño. i. de difficili poteritis: qꝛ virtus est circa bonum et difficile. Et dixit hoc iosue considerans pronitatẽ populi ad malum/ ꝛ dei iusticiam ad puniendũ: et vt postea non possent negare ista fuisse ex eis explicata. c ¶ Testes inquit vos estis: qꝛ ipsi elegeritl vobis &c. Hic ꝯñr iosue ꝯsensum populi iteratum ꝓfessione cõfirmat/ cũ subdit̃: d ¶ Responderũtqꝫ: Testes. supple sumus. Et ideo ꝓfessione facta conclusit. e ¶ Nunc ergo ait: Auferte deos alienos. Et exponat̃ sicut sup. f ¶ Percussit ergo iosue in die illo fędus. i. renouauit fędus inter ppl'm ꝛ deum. g ¶ Et ꝓposuit populo ꝓcępta: q̃tũ ad moralia ꝛ cerimonialia. h ¶ Atqꝫ iudicia. q̃tũ ad iudicialia. i ¶ Scripsit quoqꝫ omnia verba hęc. i. hanc ꝓfessionẽ populi ꝛ obligationem iteratã/ ad fortius astringẽdũ populum ad seruiendum dño in futuro. k ¶ Et tulit lapidem. Hic ꝯñr iosue applicat signum sensibile ad memoriã huius facti in futurum/ cũ dicit̃: Et tulit lapidem pergrandem. sicut solet fieri in terminis terrarũ vel regnoꝝ q̃ statuunt̃ in signum diuisionis territoriorũ. l ¶ Posuitqꝫ eũ subter quercum &c. Videt̃ ꝙ in hoc fecerit contra legem: Deutero. xvj. d. Nõ plantabis lucum iuxta altare dñi. Qd soluunt aliqui dicẽtes: ꝙ vna arboꝛ nõ facit lucũ. Et hoc non valet: qꝛ ibidem subdit̃: Et omnẽ arborẽ. Ex quo patet intentio ꝓcępti: ꝙ nulla arboꝛ deberet tibi plãtari. Ideo dicũt alij: ꝙ inhibitũ erat plantare: non tñ prius existentem reseruare: arboꝛ aũt ista erat ibi anteqꝫ poneret̃ ibi altare dñi. Sed adhuc istud non videt̃ sufficere: quia ad hoc datum fuit illud ꝓcęptuz ne iudęi essent similes idolatris/ qui ꝓpe phana idoloꝝ habebant lucos ad luxuriam exercendam. ꝛ q̃tum ad hoc non videtur differre ibi plantare arbores de nouo: vl' plantatas prius dimittere. Et ideo dixit Ra. Sa. ꝙ vera littera est: Subter limen. Dictio eñ hebraica q̃ est ibi/ est equiuoca: ꝛ in vna significatione significat idem qd limen. ꝛ ꝯm ipsum lapis iste fuit positus ꝓpe ingressum sanctuarij: ꝛ nõ eleuabat̃ vsqꝫ ad limẽ superi⁹. Posset tñ dici ꝯm translationem nostram: ꝙ hic nõ accipit̃ sanctuarium dei ꝓ tabernaculo moysi. quia posituz erat in silo: sicut dictum est. S. xxviij. Josue autem fecit ista quę scribunt̃ hic in sichẽ: vt patet in textu vbi dicit̃: Et ꝓposuit populo ꝓcępta atqꝫ iudicia in sichẽ: q̃ locus bñ multo distat a silo. Et ideo sanctuariũ hic põt accipi ꝓ synagoga in qua cõueniebant habitatores illius loci causa oratiõis ꝛ audiẽdi verbum dei. qꝛ in singulis ciuitatibus ꝛ villis iudęi habebãt talia loca: licet haberẽt vnũ templũ tm̃ vel tabernaculũ anteqꝫ templũ esset factũ vbi fiebãt sacrificia. Sicut ptꝫ in euãgelijs vbi legunt̃ fuisse plures synagogę: vtpote in naçareth ꝛ capharnaum ꝛ alijs locis: stãte vnico templo in hierl'm. Tñ ante tẽpli ędificationẽ tpibus q̃bus arca nõ habuit stabilẽ mansionẽ/ licitũ fuit alibi offerre sacrificia votiua: nõ tñ debita: vt dictũ fuit Deut̃. vij. m ¶ En lapis iste erit vobis in testi. fęderis renouati cũ dño. ꝛ sicut lapis iste ẽ durabilis: ita ꝛ fędus istud debet esse ppetuũ. n ¶ Qꝛ audieritis omnia verba. In hebręo habet̃: Qꝛ audierit oĩa. s. ipe lapis. ꝓpter ꝙ dicunt hebręi aliq̃: ꝙ ad l'ram lapis audiuit: vtute tñ diuia. sꝫ hoc videt̃ ipossibile: qꝛ ꝙ lapis manẽs lapis habeat sensum auditus vel

cognitionẽ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
848/D Vol. 2

A ¶ Mirū ē q saltē i his nouissimis vbis qb' pplm allocutus est/nō eos obiurgauit: qz his gētib' pepcerūt qs dñs oino pdē das esse pcepit. Sic em scptū est: Et factū est postq̄ iualuerūt filij isrl̄ 7 fecerūt chananeos obediētes: exterminio aūt eos nō exterminauerūt. Nā pmo id eos nō potuisse scptura testata est. Sz nūc postq̄ pualuerūt: ita vt facerēt eos obediētes/ q non etiā exterminauerūt: 5 pceptū dñi factuz est: qđ nō est cuiq̄ factū: cū iesus exercitū ducerat. An forte qz pus dixit eos scptura nō potuisse aū. s. q̄ pualerēt: etiā cū pualuissent timuisse credēdi sunt: ne forte paratos obedire si nō parcerēt/ acrius ex desperatiōe pugnare 5 se cōpellerent et eos supare nō possēt? Nūc g eis hūanū timorē dñs noluit iputari: 7 sic apparet in eo qdā subdefectio fidei: q si in eis fortis fuisset/ ea seqrent q iesū bellantē secuta sūt. Quia vo in eis non fuit tāta fides etiā cū pualuissent pugnare vsq̄ ad internitionē inimicoz ausi nō sunt: nō de malicia vl̄ supbia vl̄ 5tēptu dñici pcepti: sz d infirmitate animi. Vñ apl's: Alexander erarius multa mala mihi ostēdit: reddet illi dñs sm opa ei'. De illis aūt q nō malicia/ sz timore eū deseruerāt/ ait: in pma mea defensione nemo mihi affuit: sz oēs me derelinqrūt: qđ nō illis imputet.

2. Tio. 4. c

Post mortē. Ca. I. Isid. Historia libri iudicū nō pua mysterioz idicat sacra. Post iosue em succedūt iudices: sic post christū apli/ 7 ecclīaz rectores ad regēdos fideles: qs ipe ad spez pmissionis eterne pducit. Per oia autē in hoc volumine iudaici ppli delicta/ 7 seruitus clamorq̄ eoz 7 miseratio dei cōtinent. Multis em annis p pctis suis seruierūt/ 7 cōuersi liberati sūt. qz pctā nostra vires ho/

B

## Nico. de lyra

✠ cognitionē aliquā videt iplicare 5dictionē. Itē q habeat actū secūdum q est audire/ 7 nō habeat actū pmū q est pncipiū hui' actus scdi/ videt impossibile: qz eiusdē ē act' pmus 7 scds. 7 accipit act' scds p opatiōe/ siue cōsistat in pati/ siue in agere: qz de hoc sunt varie opiniōes. sz audire/ sētire 7 itelligere: siue sint actiones eius q sentit vel intelligit: siue sint passiones eius ab obiecto: tñ necessario in sentiēte vel intelligēte reqrunt potētie sensitiue 7 intellectiue: q in lapide esse nō pūt. Ideo aliter pōt dici: q hic accipit lapis p hoibus existētibus circa lapidē illū. sic dr Deut. xxxij. a. Audiat terra vba oris mei. i. hoies habitātes i terra: sicut ibi expositū fuit. Et sm istū sensuz pcedit trāslatio nostra. sm em q dicit Hiero. in libro de optimo genere interptādi: Optima interptatio nō semp fit trāsferēdo verbū ex verbo: sz aliqñ melius est trāsferre sensum ex sensu. 7 sic est in pposito. a ¶ Et post hec. Hic vltimo agit de morte 7 sepultura iosue. Et ptz littera. Et occasione huius 5seqnter agit de sepultura ioseph/ cū dicit: b ¶ Ossa qz ioseph q tulerāt filij isrl de egypto. Hoc em iposuerat eis ioseph: vt habet Geñ. vl. c ¶ Sepelierūt in sichē. Hūc em locum dederat iacob ipsi ioseph: vt habetur Geñ. xlviij. d ¶ Quem emerat iacob a filijs emoz patris sichē centuz nouellis ouibus. In hebreo habet: Centū obolis. Et eodē modo habet Geñ. xxxiij. vbi fit mentio de ista emptione. Consequēter fit mētio de morte eleaçari sacerdotis/ cū dicit: e ¶ Eleaçar qq. Et de sepultura eius/ cum dicit: f ¶ Et sepelierunt eum in gabaad phinees filij eius. Successerat em phinees in hereditate patri sui: 7 ideo ille locus iaz dicebat ipsius phinees. In aliquibus autez libris interponit/ 7: dicendo sic: Et sepelierunt eū in gabaad phinees et filij eius. Et tūc mutat sententia: sz lyt/ nō est in hebreo/ nec in libris correctis.

¶ Postilla venerabilis magistri Nicolai de Lyra super librum Iosue finit.

tis/ 7 mētiri dño deo vro. Dimisitq̄ pplm singulos in possessionē suā. Et post hec mortu' ē iosue fili' nun seru' dñi/ cētū 7 decē ānoz: sepelierūtqz eū in finib' possessiōis sue in thānathsare q sita est in mōte ephrai a septētrionali pte mōtis gaas. Seruiuitqz isrl dño cūctis diebus iosue/ 7 seniorū q lōgo vixerūt tpe post iosue: 7 q nouerant oia opa dñi q fecerat in isrl. † Ossa qz ioseph q tulerāt filij isrl de egypto/ sepelierūt in sichē in pte agri quē emerat iacob a filijs emoz pris sichē centū nouellis ouibus: 7 fuit in possessionem filioz ioseph. Eleaçar qz filius aarō mortuus est: 7 sepelierūt eum in gabaad phinees filij eius/ que data est ei in mōte ephraim.

Finit liber Iosue.

Liber sophtim/ quē nos Iudicum appellamus incipit.

Capl'm I

Post mortē iosue consuluerūt filij israel dñm/ dicētes: Quis ascēdet añ nos contra chananeum: et erit dux belli:

¶ Postilla eiusdem super librū Iudicū incipit.

rethꝛ ꝛ vocabat̄ dalila. Veneruntq; ad eā pncipes philistiorꝫ / atq; dixerūt: Decipe eū ꝛ disce ab illo in q̄ hēat tātā fortitudinē: ꝛ quō eū superare valeamꝰ: ꝛ vinctū affligere. Qd si feceris: dabimꝰ tibi singuli mille cētū argēteos. Locuta est ergo dalila ad sanson: Dic mihi obsecro in q̄ sit tua maxia fortitudo: ꝛ q̄d sit q̄ ligatus erūpe neq̄as. Cui rñdit sanson: Si septē neruiceis funibꝰ necdū siccis ꝛ adhuc humētibꝰ ligatꝰ fuero: ifirmꝰ ero vt cęteri hoies. Attuleruntq; ad eā satrapę philistinorꝫ septē funes vt dixerat: qbꝰ vinxit eū latētibꝰ apd se insidijs / ꝛ i cubiculo finē rei expectātibꝰ. Clamauitq; ad eū: Philistijm sup te sansō. Qui rupit vincl'a quō si rūpat q̄s filū d stupę tortū sputamine / cū odorē ignis accepit: ꝛ nō ē cognitū in q̄ esset fortitudo eiꝰ. Dixitq; ad eū dalila: Ecce illusisti mihi: ꝛ falsū locutꝰ es. Saltē nūc idica mihi q̄ ligari debeas. Cui ille rñdit: Si ligatꝰ fuero nouis funibꝰ q̄ nūq; fuerūt i ope: infirmꝰ ero ꝛ aliorꝫ hoim silis. Quibꝰ rursū dalila vinxit eū ꝛ clamauit: Philistijm sup te sanson: i cubiculo isidijs ꝑpat'. Qui ita rupit vicula q̄si fila telarꝫ. Dixitq; dalila rursū ad eū: Vsq; q̄ decipies me ꝛ falsū loq̄ris: Ostēde q̄ vinciri debeas. Cui rñdit sansō: Si inq̄t septē crines capit' mei cū licio plexueris: ꝛ clauū his circūligatū terrę fixeris ifirmꝰ ero. Qd cū fecisset dalila / dixit ad eū: Philistijm sup te sāsō. Qui ꝯsurgēs de sōno / extraxit clauū cū crinibus ꝛ licio. Dixitq; ad eū dalila: Quō dicis ꝙ amas me / cū animꝰ tuus nō sit mecū: Per tres vices mētitꝰ es mihi: ꝛ noluisti dicere i q̄ sit maxia fortitudo tua. Cūq; molesta esset ei ꝛ ꝑ m'ltos dies iugit̄ adhereret: spaciū ad q̄etem nō tribuēs: defecit aia eiꝰ: ꝛ ad mortē vsq; lassata ē. Tūc apiēs ꝟitatē rei dixit ad eā: Ferrū nūq; ascēdit sup caput meū: q2 naçareꝰ / id ē ꝯsecratꝰ dño sū de vtero matris meę. Si rasū fuerit caput meū / recedet a me fortitudo mea ꝛ deficiā: eroq; sic cęteri hoies. Vidensq; illa ꝙ ꝯfessus ei eēt oēm animū suū / misit ad pncipes philistinorꝫ ac mādauit: Ascēdite adhuc semel: q2 nūc mihi apuit cor suū. Qui ascēderūt assūpta pecunia quā ꝓmiserāt. At illa dormire eū fecit sup genua sua: et ꝛ in sinu suo reclinare caput. Vocauitq; tōsorē / ꝛ rasit septē crines eius: ꝛ cępit abigere eū ꝛ a se repellere. Statim enim ab eo fortitudo recessit. Dixitq;: Philistijm super te sanson. Qui de somno cōsurgēs dixit in animo suo. Egrediar sicut añ feci / et me excutiā: nesciēs ꝙ recessisset ab eo dominus. Quē cū apprehendissent philistijm / statim eruerunt oculos eius: et duxerunt gaçā vinctū catenis: ꝛ clausum in carcere molere fecerūt. Jamq; capilli eius renasci cęperāt: ꝛ principes philistinorū

pitis sui distincta erat ꝑ septē floccellos / vl' cincinos n ¶ Cū licio plex. i. cū forti ligamēto. sequitur: o ¶ Dixitq; ad eū da. quō ꝛc. q. d. h est falsum manifeste: cū proprijū sit amantiū secreta sua inuicē reuelare. p ¶ Cūq; mole. ꝛc. h ꝯñr describitur ꝟitatis apio: q2 ꝑ molestiā mulieris importune petētis ꝟitatē rei apuit ad sui interitū. q ¶ Fer. ꝛc. q2 na. ꝛc. q2 de ritu naçareorꝫ erat ꝙ nō traderentur eorꝫ capilli toto tpe cōsecrationis suę: vt dictū fuit supra. xiij. ca. r ¶ Si rasum ꝛc. Quia sicut dictū fuit. s. ista fortitudo non erat virtute naturę: sꝫ erat q̄ddā donū grę gratis datę: q̄ i necessarijs ꝛ expedictibꝰ fuit in eo q̄diu tenuit ritū naçarei: ꝓpter qd ipo violato ꝑ rasurā nō affuit sibi. Sꝫ ꝯ h videt̄ ꝙ votū naçarei violabat̄ ꝑ tactū ꝛ etiā aspectū mortui: vt hr̄ Num. vj. Sāson aūt m'ltos iā añ iterfecerat: vt ptꝫ ex supradict'. Dicēdū ꝙ nō fuit sile de sansone ꝛ alijs naçareis q̄ erāt ꝯsecrati ad tps et ad vacādū orōnibꝰ ꝛ pijs opibꝰ. Sāson aūt fuit cōsecratꝰ ꝑ totā vitā: ꝛ sua cōsecratio erat ordiata ad alia opa. s. ad liberationē isrl' de manu philistinorꝫ: vt hr̄. s. xiij. ca. ꝓpter qd interficiēdo philistęos ꝯsecrationē suā nō violauit / sꝫ mag' adimpleuit. s ¶ Vi. il. ꝙ cō. ꝛc. reuelādo ꝟitatē. hoc em̄ ꝑ̄pegat ꝑ h ꝙ nom̄ dñi noiauit / dicēs se cōsecratū dño. nō em̄ nomiasset nomē dñi / dicēdo mēdaciū. t ¶ Ascēdite adhuc se. Ex h videt̄ ꝙ illi ꝑ̄dē pus fuerāt apud ipam ad cōprehēdēdū sansonē: sed vidētes eius fortitudinē ꝑ ruptionē vinculorꝫ ipm nō inuaserāt: sꝫ latēter ad sua loca recesserāt: et ꝑ hoc etiā sanson fuit deceptus reuelādo secretū suū mulieri: igrās ꝙ machinaret̄ in mortē eiꝰ. v ¶ At illa dormire ꝛc. vt tōsor melius posset radere eū q̄; si in lecto iaceret. x ¶ Et rasit ꝛc. In hebręo habet̄: septē floccellos: q2 rasit totā cesariē septē floccellis distinctā: vt ꝑdictū ē. y ¶ Stati em̄ ꝛc. Cuius causa prędicta est. z ¶ Dixitq;: Philistijm sup. ꝛc. Volebat em̄ expiri sicut prias vtrum fortitudo discessisset ab eo. a ¶ Egre. ꝛc. ꝛ me excu. s. a vinculis. ipa em̄ ligauerat ipm ad expiēdū certitudinalit̄ si raso capite posset vincula rumpe: qd cū nō posset / philistęi inuaserūt eū securi. b ¶ Quē cū ap. ꝛc. Hic ꝯñr describit̄ sansonis cōprehēsio. vbi pmo describit̄ eiꝰ incarceratio. scdo illusio / ibi: Jāq; capilli. t̄tio mors ꝛ cōsūmatio / ibi: Qui dixit puero. Circa primū dr: Quē cū ap. ꝛc. Dono fortitudinis destitutum. c ¶ Stati er. ꝛc. ne si forte euaderet dāna eis iferret. d ¶ Et cl. ꝛc. m. f. i. grauit̄ laborare / ne g̃tis panē comederet. Aliq̄ āt exponūt molere. i. cohitare vl' coire cū magnis mulieribꝰ q̄s adducebāt philistęi: vt de ill' magni hoies ꝛ robusti nascerent̄ apti ad ꝓliū e ¶ Jāq; ca. h ꝯñr describit̄ ipsiꝰ illusio i festo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
848/D Vol. 2

A ✠ cernit:nec tñ audēter cōtra ꝑuersa se erigit:⁊ renitēs vincitur dū hoc ip̄m q̄d egit dijudicās carnis sue delectatiōe superat. Qz eñ plerūq3 ꝑus ocul⁹ cōtēplatiōis amittit: ⁊ post capt⁹ ꝑ carnis desideria hui⁹ mūdi laborib⁹ anim⁹ subiugat:testatur sanson ab allophylis captus: q̄ postq3 oculos ꝑdidit/ad molā deputat⁹ est:qz maligni spirit⁹ postq3 tentationū stimulis intus aciē cōtemplationis effodiūt/foris in circumitu laboris mittunt.

a ¶ Multoq3 plures. Grego. In hoc loco per sanson christ⁹ significatur. Sanson eñ dū viueret paucos interfecit: euerso ꝓo tēplo moriens maximā aduersarioꝝ multitudinē moriēs strauit. Et dño nostro ꝑdicante pauci ex iudeis crediderunt: innumeri ꝓo gētiliū populi viam vite illo moriente sunt secuti. Superbos eñ dum adhuc passibili viueret pertulit: impassibili ꝓo vita mortuus strauit. Nūc sanson in semetipso dudū figuraliter expressit: q̄ paucos dum viueret interemit: destructo ꝓo templo multos cū moreret̄ occidit. quia domin⁹ ab elatione superbie paucos cum viueret/plures cū corporis sui templū solueret̄ extinxit:atq3 electos ex gētib⁹ quos viuēdo sustinuit simul oēs moriēdo ꝓstrauit.

conuenerūt in vnū: vt immolarent hostias ᵃ magnificas dagon deo suo:⁊ epularent̄ dicentes: Tradidit deus noster inimicū nrm sanson in man⁹ nostras. Quod etiā pplus videns laudabat deū suū/eadēq3 dicebat: Tradidit deus noster aduersariū nostrum in manus nr̄as:q̄ deleuit terrā nostrā:⁊ oc/ ᵇ cidit plurimos. Letātesq3 ꝑ cōuiuia sūptis iam epulis ꝑceperūt vt vocaret̄ sanson/ et ᶜ ante eos luderet. Qui adduct⁹ de carcere ludebat ante eos:fecerūtq3 eū stare int̄ duas colūnas. Qui dixit puero regēti gressus ᵈ suos: Dimitte me vt tāgā colūnas q̄b⁹ ois ᵉ imminet domus:⁊ recliner sup eas:⁊ paululū requiescā. Domus aūt erat plena viroꝝ ac mulieꝝ:⁊ erāt ibi oēs ꝑncipes philistinorū:ac de tecto ⁊ solario/circiter tria milia vtriusq3 sexus spectantes ludentē sanson. At ille inuocato dño ait: Dñe de⁹ me⁹ ᶠ memēto mei: ⁊ redde mihi nunc fortitudinē pristinā deus me⁹/ vt vlciscar me de ho/ ᵍ stibus meis:⁊ ꝓ amissione duorū luminuz vnam vltionē recipiam. Et apphendens ambas colūnas quibus innitebat̄ domus: alterāq3 earū dextera ⁊ alterā leua tenens/ ait:†Moriat̄ anima mea cū philistijm. Cō ʰ cussisq3 fortiter colūnis/cecidit domus super oēs ꝑncipes ⁊ cęterā multitudinē q̄ ibi ᵃ erat. Multoq3 plures interfecit moriēs q̄3 ān viuus occiderat. Descendētes aūt frēs ei⁹ ⁊ vniuersa cognatio/tulerūt corpus ei⁹: ⁊ sepelierunt inter saraa ⁊ esthaol in sepulchro patris sui manue: Judicauitq3 israel viginti annis.

Uitq3 eo tempo/ Ca.XVII ⁱ re vir quidem de mōte ephraim/noie michas:q̄ dixit matri

## Nico.delyra

✠ in festo philistinoꝝ/cuz dicit̄:

a ¶ Cōuenerunt in vnū ⁊c. gratias reddēdo idolo suo de captione sansonis quā attribuebāt idolo. b ¶ Qui de. ter. ⁊c. ꝑ incendiū terrenascentiū: vt.s̄.dictū est.xv.ca. c ¶ Preceperūt vt vocaret̄ sanson et añ eos lude.i.materiā risus eis ꝑberet: qz cecus erat:⁊ iō impingebat aliquādo ad parietem:aliquādo ad columnā: ⁊ aliquādo cadebat: ex q̄b⁹ ridebāt philistei. d ¶ Qui dixit pue. Hic describit̄ mors eius ⁊ ꝯsummatio. e ¶ Dimitte me vt tan. colūnas ⁊c. Tū qz ex collisionibus ꝑdicti erat fatigatus vt requiesceret. Tum vt ꝑ earū impulsum cum dei adiutorio de quo sperabat/domū cadere faceret. iōo subditur: f ¶ At il. inuocato dño ait. Quia videbat q̄ eius delusio reuertebat̄ in opprobriū diuinū:eo q̄ captio sansonis attribuebat̄ idolis: ⁊ de hoc idola laudabant̄ ab idolatrı̄s. g ¶ Ut vlciscar me de ho. meis. Hoc enim dixit nō liuore vindicte: sed zelo iusticie ⁊ honoris diuini noīs:ita q̄ philistei deū blasphemabāt idola laudando: ideo nō peccauit/philisteos occidendo:nec etiā occidendo se cū ipsis. ꝓut subdit̄: h ¶ Moriat̄ aīa mea cū phi. Et accipit̄ hic aīa ꝓ toto cōposito qđ est corruptibile:licet aīa sit imortalis.nō eñ sanson intendebat se occidere ꝑ se/sed tñ ꝑ accidens:qz non poterat blasphematores nominis diuini occidere nisi seip̄m cū eis occidendo. Preterea voluntas domini erat q̄ hoc fieret: quod patz per hoc/q̄ fortitudinē miraculose sibi reddidit ad hoc faciendū. Quilibet aūt debitor est mortis ipsi deo:⁊ hoc debitū potest repetere quādo vult ⁊ quō vult:⁊ iōo sanson nō peccauit se cū alijs occidendo ex dei volūtate et instinctu diuino. Credendū est etiam q̄ de peccatis prius perpetratis penituit:⁊ q̄ illa mors pena peccatorū suorum fuit:quā nō solum acceptauit/ sed etiam pro ea dominū rogauit:⁊ ideo computat̄ in catalogo sanctorū ad Heb.xj. ¶ Moraliter sanson naçareus est homo ꝑ baptismum domino cōsecratus. Dalila que situla interpretatur est sensualitas:per quaz voluptas carnis quasi ꝑ

q̄si ꝑ situlā haurit̄. Per hanc sanson decipit̄:qz ꝑ sensualitatē hō aliq̄n a gratia in baptismo recepta deijcit̄. Septez crinib⁹ denudat̄: qz septē donis spūssancti spoliat̄. Oculis priuat̄ ꝑ mentis excecationē. Catenis ligatur per peccandi assuefactionē: carcere claudit̄ ꝑ obstinationē. sed tūc capilli eius incipiūt recrescere:qñ diuine faciei respectu incipit penitere. q̄ moriēs triumphat de hostib⁹:qz moriendo pctō triūphat de demonibus.

Uitq3 eo Ca.XVII tpe ⁊c. Hec est vltima ps ꝑncipalis hui⁹ libri in q̄ agit̄ de q̄busdā casib⁹ tpe iudicū accidētib⁹. Et sūt tres casus. scđs ponit̄ ca.xix. tertius ponit̄ in libro Ruth/qui ꝭm hebreos antiquos nō est liber distinctus a libro Judicū: vt patet ꝑ Hiero. in ꝓlogo galeato. Circa ꝑmū dubitat̄ q̄ tpe accidit casus miche. Et dicūt expositores nostri cōiter/q̄ accidit post mortē iosue anteq̄3 surgerēt iudices. ⁊ ad h̄ ꝓbandū inducūt q̄ h̄ bis dicit̄: In diebus illis nō erat rex in isrl̄ ⁊c. qz tūc nō erat rex vel iudex qui errata corrigeret. Dicūt etiaz: q̄ hec historia hic describit̄ ad ostendendū necessitatē dandi iudices israeli ad corrigēdū errata. Sz istud dictū nō videt̄ multū valere. Tū qz sicut dictuz est: pluries iudices ꝑerāt ꝑ modum directiōis ⁊ cōsilij:nō per modū dominij: propter quod nō habebant efficaciam corrigendi:sz reges eis succedentes habuerunt auctoritatem et potestatem subditos coercendi. Causa etiam suscitandi iudices inducta non habetur ex ꝑcedētibus:quia vbicūq3 scriptura dicit: Suscitauit eis dominus talem vl' talem iudicē/ premittitur pro causa hui⁹ suscitatiōis tribulatio in qua erat populus israel: vt per iudicem suscitatum liberaretur. Hebrei ꝓo dicunt:q̄ factum miche cōtigit sub othoniel q̄ successit iosue. Et ad hoc probandum inducunt quod scribitur in fine.xviij.ca. Māsitq3 apud eos idolum miche omni tempore quo fuit domus dei i silo. hoc tempus incępit ante mortem iosue: vt habetur Josue .xviij. Tempore autem iosue nō declinauerunt ad idolatriam: vt habetur supra.ij.ca. Et ideo dicunt q̄ hoc accidit in principio temporis othoniel quod fuit propinquius positioni tabernaculi in silo post tempus iosue. Igitur circa historiam miche sic ꝓceditur: quia primo describitur idolatrie perpetratio. secūdo idolatre spoliatio:ca.xviij. Circa ꝑmū premittitur fabricatio idoli. secūdo subditur abusus sacerdotij/ibi: Jmpleuitq3. Circa primum/quia littera est intricata considerandum: q̄ mater miche consecrauerat summam pecunie pro fabricatione idoli. michas autem volens illam in alios vsus expendere sbtraxit illam occulte: postea ꝓo penitens. tum quia et ipse idolatra erat. tum quia maledictionez matris timebat/ que illi qui pecuniam subtraxerat frequenter maledicebat: dictam pecuniam matri restituit: vt inde fieret quod ipsa promiserat. Et h̄ est quod dicitur: i ¶ Fuitqz eo tempore. Hoc non refertur ad tempus sansonis de quo immediate supra dictum est: qz factū istud accidit lōge añ.s.imediate post mortē iosue: vt ✠ ꝑdictū est

Moraliter i ¶ Fuit eo tpe vir q̄dā ⁊c. Ecclesia mat̄ dr̄ oim christianoꝝ:lz multi eoꝝ sint ei⁹ filij solo nūero ⁊ nō merito. Itē pastor inutilis ecclīe dicit̄ idolum Zach.xj.d. O pa ✠ stor ⁊ idolū

B

C

D

†23.q.5.c.si nō licet: ⁊.c. reos. De diuor.c.gaudemus

Diuisio

Moraliter

suę: Mille ⁊ centū argenteos q̊s sepaueras: ⁊ sup q̇b⁹ me audiēte iurauerās: ecce ego habeo ⁊ apꝺ me sūt. Cui illa rn̄dit: Bn̄dictus filius me⁹ dn̄o. Reddidit g̊ eos mr̄i suę / q̄ dixerat ei: Consecraui ⁊ voui hoc argētū dn̄o: vt de manu mea suscipiat fili⁹ meus ⁊ faciat suptile atq̧ ꝯflatile: ⁊ nūc trado illꝺ tibi. Reddidit igitur eos matri suę. Quę tulit ducētos argēteos: ⁊ dedit eos argētario / vt faceret ex eis sculptile atq̧ ꝯflatile: qꝺ fuit in domo michę. Qui ędiculā q̊ꝫ in ea deo sepauit / ⁊ fecit ephot ⁊ theraphin: id ē vesteꝫ sacerdotalē et idola. Impleuitq̧ vni⁹ filioꝝ suoꝝ manū / ⁊ factus ē ei sacerdos. † In dieb⁹ illꝭ nō erat rex in isrl̄: sed vnusq̇sq̧ qꝺ sibi rectū videbat̄ hoc faciebat. Fuit q̄ qꝫ i tēpore illo alter adolescēs / de bethleē iuda / ex cognatiōi eius: eratq̧ ipse leuites et hītabat ibi. Egressusq̧ de ciuitate bethleeꝫ: peregrinari voluit vbicunq̧ sibi cōmodū repisset. Cūq̧ venisset i mōtē ephraim iter faciēs: ⁊ declinasset parūper in domo michę: interrogatus est ab eo vn̄ venisset: Qui rn̄dit: Leuita sū de bethleē iuda: ⁊ vado vt habitē vbi potuero: et vtile mihi esse ꝓspexero. Dixitq̧ michas: Māe apꝺ me inq̇t ⁊ esto mihi parens ac sacerdos: daboq̧ tibi p āños singłos decē argēteos: ac vestē duplicē: ⁊ q̄ ad victū sūt necessaria. Acq̇euit ⁊ mansit apꝺ hoiem: fuitq̧ illi q̄si vn⁹ de filijs. Impleuitq̧ michas manū ei⁹: ⁊ habuit puerum sacerdotem apud se. Nunc scio dicēs: ꝙ bn̄faciet mihi deus habēti leuitici gener̄ sacerdotē.

E ※ ꝑdictū est: sꝫ referr̄ in generali ad tp̄s iudicū: tn̄ intelligit̄ ꝓ p̄ma pte illi⁹ tpis. a ¶ Mille centū argē. Ex h̄ dixerunt aliq̇ / ꝙ ista mr̄ michę fuit dalila: ⁊ ꝙ ista pecunia fuit illa quaꝫ recepit ꝓ ꝓditiōe sansonis: vt dictū est ca. p̄ce. sꝫ h̄ ptꝫ falsuꝫ. Tū q2 istud factū cōtigit diu an̄ tp̄s sansonis ⁊ dalilę: vt iā dictū est: Tū q2 sūma pecunię nō est idē h̄ et ibi. q2 ipi dalilę dederūt satrapę philistinoꝝ singuli mille ⁊ cētū argenteos: erāt aūt q̇nq̧: ⁊ sic sūma illius pecunię ascēdit ad q̇nq̧ milia ⁊ q̇ngētos argēteos: h̄ aūt ponunt̄ tm̄ mille centū argentei. b ¶ Quos sepaueras. scꝫ a cōmunib⁹ vsib⁹ idolo dedicādo c ¶ Et sup q̇b⁹ me audiēte iura. i. voto et iuramēto ꝓmiseras: ꝯm expositores nostros. In hebreo aūt habet̄: Me audiente maledixeras. s. ei q̄ pecuniā abstulerat. d ¶ Ecce ego habeo. quasi dicat: paratus sum reddere tibi ꝓpt̄ causas predictas. e ¶ Reddidit g̊ eos matri suę. i. reddere ꝓmisit: q2 de redditiōe actuali postea agit̄. f ¶ Quę dixerat ei. scꝫ anteq̄ cōfiteret̄ pecuniam se hr̄e: ꝯm istā lr̄am. In hebręo habet̄: Et dixit ei. s. p⁹ cōfessionē pecunię. g ¶ Cōsecraui ⁊ voui hoc argen. dn̄o. Dn̄m vocat falsum deū quem colebat. h ¶ Ut de manu mea suscipiat ⁊c̄. In hoc explicat modū voti sui. sic eīm vouerat ꝙ de manu sua argentū traderet filio vt inde faceret fieri idolū: i ¶ Et nūc trado illud tibi. i. statim cū mihi reddideris pecuniā ꝯm formā voti mei / statim tradā eā tibi ad faciendū qꝺ voui. k ¶ Reddi. igit̄ eos. s. ipse michas. l ¶ Matri suę. redditione actuali. m ¶ Quę tulit ducentos argē. Residuū āt pecunię fuit cōsumptū in alijs q̄ ptinebāt ad cultū illius idolatrię: vtpote in ędicula ephot / ⁊

F ꝯsilib⁹. de q̇b⁹ postea subdit̄: n ¶ Et dedit eos ar. nō p manū ꝓpriam / sꝫ p manū filij sui ꝯm formā voti prędictaꝫ. o ¶ Ut faceret ex eis sculpti. Dicūt aliq̇ ꝙ fuit vnū idolū qꝺ vocatur h̄ sculptile ⁊ ꝯflatile. i. factū p tūsioneꝫ et cōflationē. q2 metalla p̄us calefiunt in igne ⁊ postea malleo tūdunt̄: vt ex eis aliq̇d facilius formet̄. Alij aūt dicūt / ꝙ fuit duplex idolū: vnū p sculpturā / qꝺ notat̄ cū dr̄ h̄: sculptile. Aliud p fusurā quod notat̄ p hoc q̇d dicit: conflatile. p ¶ Qui ędiculā. i. paruā ędē / deo sepauit. idolo dedicādo ⁊ ab alijs vsibus separādo. ⁊ vocat̄ h̄ idolū de⁹. Et in tota historia h̄ nomē de⁹ vel dn̄s ꝓ deo falso accipit̄. excepto q̇d in fine dr̄: Oi tpe q̄ fuit dom⁹ dei in silo: h̄ eīm accipit̄ ꝓ vero deo. q ¶ Et fec̄ ephot theraphin. Qꝺ aūt sequit̄: Id ē vestē sacer. ⁊ idola. non est in hebręo: sꝫ appositū fuit in trāslatore ad exp̄mēdū iterp̄tationē ephot ⁊ theraphin. ephot eīm est idē qꝺ suphūerale: vt hr̄ Exo. xxviij. ⁊ est vestis p̄ncipalis sūmi sacerdotis. ⁊ p ipam h̄ intelligunt̄ alia vestimēta sacerdotalia q̄ fecit michas: vt dicūt expositores cōiter. Si aūt p theraphin

Theraphin h̄ intelligunt̄ idola i plurali / nescio. Dicūt tn̄ hebręi ꝙ theraphin ē caput pueri p̄mogeniti demoni immolati: q̇d aromatibus cōdit̄ / vt possit diu pmanere sine putrefactiōe. ⁊ sup linguā eius in lamina aurea parua ponit̄ nomen demonis. ⁊ sic dat respōsa. ꝓut dictū est diffusius Geñ. xxxj. Et huic dicto videt̄ cōcordare illud quod habet̄ sequēti ca. Nostis ꝙ in domibus istꝭ sit ephot ⁊ theraphin ⁊ sculptile atq̧ cōflatile. ita ꝙ theraphin videt̄ esse aliud a duob⁹ idolis p̄dictis: quoꝝ vnū fuit factū p fusurā: aliud p sculptuā: vel aliud ab vno duobus modis facto; vt p̄dictum est. r ¶ Impleuitq̧ vni

pleuitq̧ vnius filiorū ⁊c̄. Hic cōsequenter describit̄ abusus sacerdotij duplex. Primo: quia fcit sibi sacerdotē vnū de filijs suis. quod notat̄ cū dicit̄: Impleuitq̧ vnius filioꝝ suorū manū: id est obtulit ad manum eius oblationē vel sacrificiū p eum offerendū tanq̧ p sacerdotem. Ideo subditur: s ¶ Et factus est ei sacerdos. Cuꝫ tamē nullus esset ꝓmouēdus ad sacerdotiū nisi de filijs aaron. Michas autem non erat de stirpe illa / sed de tribu ephraim. Secūdo: quia fecit sibi sacerdotē de tribu leui / sed nō de filijs aarō. quod notat̄ cū dicit̄: t ¶ Fuit q̊q2 i tēpore illo alter adolescēs ꝺ bethleem iuda. Hoc dicit̄ ad differētiam alterius bethleem quę erat in tribu ςabulon: vt habetur Josue. xix. v ¶ Ex cognatione eius. scꝫ ipius michę: vt dicunt aliq̇. Sed hoc est falsum: quia i hebręo habetur: Ex cognatione iuda. Mulieres eīm quę nō succedebāt i hereditate paterna poterant contrahere cum viris alterius tribus: vt dictū fuit Num. vlti. ⁊ iꝺo mater istius leuitę fuit de tribu iuda: pater autē de tribu leui. Dicit̄ etiam de bethleem iuda: quia tribus leui p omnes tribus erat dispersa: vt dictū fuit Josue. xxj. x ¶ Egressusq̧ ꝺ ciuitate bethleē ⁊c̄. Quia filij israel iā declinauerant ad idolatriam: nec reddebant decimas ad sustētationē leuitarū vt tenebant̄: ⁊ ideo leuitę cogebant̄ querere victū p alium modum. Cętera patent vsq̧ ibi: y ¶ Fuitq̧ illi quasi vnus de filijs. Tenebat eīm eum i domo sua honorifice: nec occupabat eum operibus seruilibus. ꝫ ¶ Impleuitq̧ michas ma. eius Exponat̄ sicut p̄us. a ¶ Nunc scio dicens ꝙ ⁊c̄. Licet eīm esset idolatra iste michas ⁊ coleret deum falsum: vtpote demonem in idolo: tamen credebat ꝙ obsequium sacerdotis de stirpe leui esset ei magis placitum q̄ de altera tribu.

✳ stor et idolum derelinquēs gregē. Igit̄ michas qui matri suę tradidit argentum ad fabricandū idolum: signat illū qui filius est ecclesię solo numero: ⁊ pecuniā offert p̄sidēti ecclesię: vt ipe ꝓmoueat̄ ad pastoris officium: ⁊ sic fiat idolū: q2 sic ꝓmotus nō solum inutilis est ecclꝭię: sed etiam nociu⁹. ⁊ de tali subdit̄: r ¶ Impleuitq̧ vnius filiorū suorū manū. Quia talis nō dat aliquid nisi nepotibus ⁊ cōsanguineis in vita ac sciētia defectuosis: q̇bus dat p̄bēdas si sit ep̄s: ⁊ bona ecclꝭię si sit inferioris gradus: ⁊ parum aut nihil dat paupib⁹: ⁊ huic bn̄ ꝯuenit h̄ nomē michas qꝺ interp̄tat̄ q̇s. i. q̄si nullus. Sicut de sobna p̄posito tēpli dr̄ Esa. xxij. e. Quis tu h̄ aut q̄si q̇s ⁊c̄. Sequitur: Ecce dn̄s asportari te faciet sic asportatur gallus gallinacius.

¶ In capło. xvij. vbi dicit̄ in postilla: Et vocatur idolum deus in tota ista historia ⁊c̄.

**Additio.** Si q̇s obijciat q̄ modo sacra scp̄tura vtatur noie diuino ꝓ deo falso seu idolo p̄sertim noie dn̄i tetragrāmaton qꝺ ꝯm doctores catholicos ⁊ hebręos est incōmunicabile creaturę ꝓut pōt haberi Exo. iij. Dicendū ꝙ scriptura sacra in talibus recitat idolatraꝝ opinionē: licet erroneam ⁊ falsissimā nō asserendo / sed tm̄modo referēdo. Idolatrę eīm gentiles q̄ legē mosaicā nō susceperāt: demonia sua deos vocāt in cōi. idolatrę v̄o ab israelitico ritu puersi q̄ nomē dei tetragrāmaton ex fide habuerāt. h̄ idē nomē suis idolis pniciose attribuebāt: ꝓut in h̄ capło ⁊ in silibus repit̄ ⁊c̄.

G Duplex ... abusus sacerdotij

tt. 18. et. 21.

H

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
848/D Vol. 2

In diebꝰ illꝭ nõ erat rex i isrl̃: Ca. XVIII ⁊ tribꝰ dan q̃rebat possessionẽ sibi vt habitaret i ea. Usqȝ ad illũ em̃ diẽ inꝭ ceteras tribꝰ sortẽ nõ accepat. Miserunt ḡ filij dan/stirpis ⁊ familię suę q̃nqȝ viros fortissimos de saraa ⁊ esthaol: vt explorarẽt terrã ⁊ diligenꝭ inspicerent. Dixerũtqȝ eis: Ite ⁊ ꝯsiderate terrã. Qui cũ pgẽtes venissent i mõtẽ ephraim: ⁊ intrassẽt domũ michę/req̃euerũt ibi. Et agnoscẽtes vocẽ adolescẽtꝭ leuitę: vtẽtesqȝ illius diuersorio: dixerũt ad eũ: Quis te huc adduxit? Quid h agis? Quã ob cãȝ huc venire voluisti? Qui rñdit: Hęc ⁊ hęc ꝓstitit mihi michas: ⁊ me mercede ꝯduxit vt sim ei sacerdos. Rogauerũt aũt eũ vt cõsuleret dñȝ: ⁊ scire possẽt an ꝓspero itinere pgerẽt ⁊ res hr̃et effectum. Qui rñdet eis: Ite cũ pace. Dñs respicit viã vr̃am et iter q̊ pgitꝭ. Eũtes igiꝭ q̃nqȝ viri venerũt lais: viderũtqȝ ppl̃m habitãtẽ i ea absqȝ vllo timore/iuxta ꝯsuetudinẽ sidoniorũ/ securũ ⁊ q̃etũ nullo eis penitꝰ resistẽte: magnarũqȝ opũ: ⁊ ꝓcul a sidõe atqȝ a cũctꝭ hoibꝰ sepatũ. Reuersiqȝ ad fr̃es suos i saraa ⁊ esthaol: ⁊ q̃d egissẽt sciscitãtibꝰ rñderũt: Surgite ⁊ eamꝰ ad eos. †Uidimꝰ em̃ t̃rã valde opulẽtã ⁊ vberẽ. Nolite negligere: nolite cessare. Eamꝰ ⁊ possideamꝰ eã: nullꝰ erit labor. Intrabimꝰ ad securos i regionẽ latissimã: tradetqȝ nob dñs locũ i q̊ nulliꝰ rei ẽ penuria eorũ q̃ gignũꝭ i t̃ra. Profecti igiꝭ sũt ꝺ cognatiõe dan .i. ꝺ saraa ⁊ esthaol sexcẽti viri accicti armis bellicis: ascẽdẽtesqȝ mãserũt i chariathiari iudę: q̊ locꝰ ex eo tp̃e castrorũ dan nomẽ accepit: ⁊ ẽ post t̃gũ cariathiarim. Inde trãsierũt i mõtẽ ephrai. Cũqȝ venissẽt ad domũ michę: dixerũt q̃nqȝ viri q̊ ꝓus missi fuerãt ad ꝯsiderãdã terrã lais/ceterꝭ fr̃ibꝰ suis: Nostꝭ ꝙ i domibꝰ istꝭ sit ephot ⁊ theraphim ⁊ sculptile atqȝ cõflatile. Uidete q̃d vobis placeat. Et cũ paululũ declinassẽt: igressi sũt domũ adolescẽtꝭ leuitę q̊ erat in domo michę: salutauerũtqȝ eũ v̊bis pacificꝭ: sexcẽti aũt viri ita vt erãt armati stabant añ ostiũ. At illi q̊ ingressi fuerãt domũ iuuenis: sculptile ⁊ ephot ⁊ theraphim atqȝ ꝯflatile tollere nitebãꝭ: ⁊ sacerdos stabat añ ostiũ sexcẽtꝭ viris fortissimis haud ꝓcul expectãtibꝰ. Tulerũt igiꝭ q̊ itrauerãt sculptile/ephot ⁊ idola atqȝ cõflatile. Quibꝰ dixit sacerdos: Quid facitꝭ? Cui rñderũt: Tace ⁊ pone digitũ sup os tuũ: veniqȝ nobiscũ vt habeamꝰ te pr̃eȝ ac sacerdotẽ. Quid tibi meliꝰ ẽ: vt sis sacerdos i domo vniꝰ viri/an in vna tribu ⁊ familia i isrl̃? Qꝺ cũ audisset acq̃euit ꝟmonibꝰ eorũ: ⁊ tulit ephot ⁊ idola ac sculptile/⁊ ꝓfectꝰ est cũ eis. Qui cũ pgerẽt ⁊ añ se ire fecissent puulos ac iumẽta ⁊ oẽ qꝺ erat p̃ciosũ: iãqȝ a domo michę essent ꝓcul: viri q̊ habitabãt i ędibꝰ michę cõclamãtes secuti sũt: ⁊ post tergũ clamare cęperũt. Qui cũ respexissent/dixerũt ad michã: Quid tibi vis? Cur clamas? Qui rñdit: Deos meos q̃s mihi feci/tulistꝭ: et sacerdotẽ/et oĩa q̃ habeo: ⁊ di-

Divisio. a In diebꝰ illꝭ. Ca. XVIII. Hic ꝯñr describitur idolatrę spoliatio. vbi primo describiꝭ spoliãdi occasio. scꝺo spoliãtiũ occupatio/ibi: Profectiqȝ. t̃tio spoliati ꝯq̃stio/ibi: Cũqȝ iã. quarto spoliãtiũ abusio/ibi: Posuerũt. Circa p̃mũ sciẽdũ: ꝙ occasio spoliatiõis michę fuit missio exploratorũ a filijs dan: q̊ eũdo ad locũ explorãdũ diuerterũt in domũ michę ad hospitãdũ ibi: quia erat hõ potẽs ⁊ diues ⁊ de filijs isrl̃. ⁊ h ẽ qꝺ ꝺr: b Tribꝰ dan q̃re. pos. sibi ⁊c. licȝ em̃ accepisset sortẽ possessiõis suę ab ipso iosue: vt hr̃ Josue xix. sic ⁊ alię tribꝰ: tñ i sorte cuiuslibet tribꝰ adhuc manebãt gẽtiles q̊ nõ erãt adhuc deleti/nec expulsi p filios israel: ⁊ maxie i sorte dan. qꝛ amorręꝰ artauit filios dan i mõte: nec dedit eis locũ vt ad planiora descẽderẽt: vt habeꝭ. s. ca. j. et sic intelligẽdũ ẽ qꝺ subdiꝭ: c Usqȝ ad illũ em̃ di. inter cę. tri. sor. nõ accepat: scȝ sufficiẽtẽ ꝓ tãta multitudine. iõ sꝺdiꝭ: d Miserũt ḡ. s. ad explorãdã ciuitatẽ lais quõ possent eã cape ad habitãdũ ibi. e Et intraſ. do. michę ⁊c. erat em̃ hõ diues/ ⁊ poterat eos recipere. f Et agnoscẽ. vo. ado. leuitę. p loq̃lã em̃ cognouerũt ꝙ eẽt de bethleẽ. Licȝ em̃ oẽs filij isrl̃ haberẽt vnũ idioma. s. hebraicuȝ: tñ aliq̃n aliꝭ ꝓnũciabaꝭ i diuersis ptibus terrę isrl̃. sicut idioma gallicũ aliꝭ ꝓnũciaꝭ i normãdia/⁊ aliter i picardia. g Utẽtes qȝ illiꝰ diuersorio .i. loco ei assignato ad manẽdũ/ ad quẽ diuertebat ad dormiẽdum/⁊ ad alia sibi necessaria. Cetera patẽt vsqȝ ibi: h Rogauerũt ãt eũ vt cõ. do. i. falsũ deum. Jã em̃ dixerat ꝙ idola colebat: vt patebit. j. Jã em̃ multi de isrl̃ declinauerãt ad idolatriam. i Dñs respicit viã vestrã. Dicũt aliq̊ ꝙ h dixit eis ꝺ capite suo: volẽs eis loq̊ placẽtia. Alij v̊o dicũt ꝙ h dixit eis ex respõso demonis loq̃ntꝭ i idolo/vel i theraphim mõ sup̃dicto. Deꝰ em̃ ꝑmittit aliq̃n demões dare talia respõsa idolatrꝭ: qꝛ ex malicia sua demerenꝭ ꝙ sic in erroribꝰ nutrianꝭ: ⁊ talia respõsa aliq̃n sunt vera. k Uenerũt lais. sic debet scribi. Illa em̃ ciuitas q̊ vocatur lachis fuerat capta añ ab ipso iosue: vt hr̃ Josue. x. Et ista q̊ vocaꝭ h lais/ vocaꝭ lesen Josue. xix. l Uiderũtqȝ po. ha. i ea absqȝ vl. ti. ⁊ ꝓ dñs iprouisũ ad resistẽdũ aduersarijs repẽte supuenictibus. m Juxta ꝯsue. sidoniorũ. qꝛ sidon erat ciuitas fortꝭ ⁊ munita. ⁊ ideo habitatores eiꝰ nõ timebant ab extraneis: ita nec isti de lais: q̊uis ñ haberent ciuitatem ita fortem. n Et ꝓcul a sido. ita ꝙ ñ poterãt cito iuuari ab illa ciuitate. o Atqȝ a cũctis ho. se. i. nõ habentẽ fędꝰ societatis cũ aliq̊bꝰ alijs p q̊s succurri ei possit. Cetera patẽt. p Profecti igiꝭ. Hic ꝯsequẽter describiꝭ spoliãtiũ occupatio. Sexcẽti em̃ viri bellatores de tribu dan eũtes ad capiẽdũ ciuitatẽ lais exploratã: dũ trãsirẽt iuxta domũ michę/abstulerũt idola et ornamẽta sacerdotalia: ducẽtes secũ sacerdotẽ/ꝺ cõsensu tñ ipsius. Et patet l̃ra paucꝭ exceptꝭ quę discurrẽtur exponendo. q Mãserũt i cariathiarim iudę. nõ i ciuitate/sȝ extra: vt patȝ ex h qꝺ subditur: r Post tergũ chariathiarim ⁊c. Nostꝭ .i. cognoscere debetis. Ex q̊ patet qꝺ p̃dictũ ẽ. s. ꝙ sciebãt q̃nqȝ viri supradicti idola esse i domo michę p leuitã q̊ eis indicauerat: aliter nõ potuissent h indicasse alijs. s Qꝛ in domibus istꝭ sit ephot ⁊ thera. ⁊c. Capitulo p̃cedẽti dictũ ẽ q̃d significẽt ista. t Uidete q̃d vo. placeat. videlicet de ablatiõe idolorũ ⁊ ornamẽtorũ ad h ptinẽtiũ. Et qꝛ erant ꝓni ad idolatriã/ cõsẽserũt ꝙ h fieret. v Sexcẽti autẽ viri ita vt erãt armati ⁊c. parati iuuare illos q̊ ingressi fuerãt ad tollẽdũ p̃dicta si indigerẽt. Cetera patẽt vsqȝ ibi: x Qui cũ pgerent: ⁊ añ se ire fecissent ⁊c. Bellatores em̃ ita fecerũt: ne michas et illi qui cũ eo erãt/ sequẽtes talia raperẽt/vel paruulis nocerent. q̊ defendere se nõ possent. y Iamqȝ a domo michę ⁊c. Hic ꝯsequẽter describiꝭ spoliati cõquestio. Et patȝ littera vsqȝ ibi: z Deos meos quos mihi ⁊c. In hebręo habeꝭ: Et q̃d mihi amplius? quasi diceret: illa q̊ tulistis ita p̃ciosa erãt mihi/ꝙ parũ aut nihil appreciorꝭ residuũ

Moraliter. a In di. illis ⁊c. b Tribꝰ dan q̃rebat possessi. sibi. Scḋm doctores de antichristo loq̃ntes/ipse nasceꝭ de tribu dan. Propter qꝺ Apoc. vij. inter seruos dñi signatos nõ fit mẽtio de tribũ dan. Igiꝭ per tribũ dan cõuenicter potest antichristus cũ sibi adherentibꝰ designari. Per viros aũt de tribu dan missos ad ꝯsiderãdã terrã/designanꝭ eius ꝓnũcij ad p̃dicationẽ ⁊ dilatationẽ sui imperij. Per lais quę ꝺr ciuitas magnarũ opũ ⁊ eiꝰ terrã/hierusalẽ ⁊ iudęa designanꝭ: eo ꝙ iudęa ꝺr in sacra scriptura

Marginalia: B; C; D; †Nu. 13. d; Moraliter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
848/D Vol. 2

E ✱ residuū: Et sic itelligēda ē trāslatio nostra q̄ habet: Et oīa que habeo. Non eñ abstulerunt bona miche alia: cuȝ esset de filijs isrl' q̄s spoliare nolebāt: sed tñ acceperūt illa que erant ad cultū idoloꝝ pertinentia: quod credebāt ad religionē pertinere/ nō ad furtū. et hoc ē quod subdit: a ¶ Caue ne vltra ꝛc. i. cū familia tua ꝛ bonis tuis. Cetera patēt ex supradictis vsq; ibi: b ¶ Erat āt ci. si. i re. ro. In hebreo habet: In torrente roob. c ¶ Posuerūtq;. Hic ꝯsequēter describit spolioꝝ abusio: q2 illis q̄ abstulerant de domo miche/ abusi sunt ad idolatriā exercēdā. Et hoc est quod dr: Posueruntq; sibi scul. Per hoc intelligunt alia ad idolatriā ptinētia: q̄ sibi posuerūt/ scȝ ad exercendū idolatriā. ideo subdit: d ¶ Et ionathan. Iste ē leuites quē adduxerūt de domo miche. e ¶ Ac filios eius sacerdotes. p̄dictoꝝ idoloꝝ. f ¶ Usq; ad diē captiuitatis sue. q̄ facta est p salmanasar regē assirioꝝ: vt habet. iiij. Reg. xvij. Et ꝑm hāc expositionē ly captiuitatis sue/ refert ad tribū dan. Hiero. autē sup librū Paral'. dicit: q refert ad domū dñi. i. vsq; ad captionē arce p philisteos: q̄ habet. j. Regū. iiij. q2 tunc translatū fuit tabernaculuȝ de silo. Et hoc dictū consonat littere sequēti/ cū dr: g ¶ Mansitq; apud eos idolum ꝛc. q. di. nos amplius.

Moraliter ✱ scptura optima terra fluens lacte ꝛ melle. Per hoc autē q viri d tribu dan spoliauerūt michā ꝛ domū eius anteq̄ caperent lachis significantē hierusalem: significat q antichristus alias terras saltē plures/ anteq̄ capiat hierusalē/ subiugabit sibi. Per hoc autē q tribus dan posuit idolū in lachis: figuratum fuit/ q antichristus in hierusalem sit ponēdus/ sicut idolū adorādus. Vñ dicit apl's. ij. Thessal'. ij. c. de ipso: Qui extollit supra oē id quod dr de9/ aut quod colit: ita vt in tēplo dei sedeat tāq̄ sit deus. Per hoc autē qd subdit: f ¶ Usq; ad diē captiuitatis sue. significat q antichristus p christum sit deijciendus: sicut dicit. ij. Thessal'. ij. Quem dñs iesus interficiet spū oris sui: ꝛ destruet illustratiōe aduētus sui.

Ca. XIX

Fuit quidam vir leuites habitās in monte ephraim. Hic ponitur casus secūdus de vxore leuite/ q̄ in ciuitate gabaa mortua fuit ex nimia libidine abutentium ipsa. Circa quod sic ꝓcedit: q2 primo describit hic sceleris perpetratio. secūdo ꝑpetrantiū vastatio. xx. ca. tertio vastatorū reparatio. xxj. ca.

Diuisio Prima ps diuidit in tres: quia ꝑmo describit occasio peccati. secūdo modus ꝑpetrandi/ ibi: Illis epulātibus. tertio manifestatio facti/ ibi: Quā cū esset ingressus. Occasio aūt pcti fuit in hoc: q leuites vxorē suā q̄ recesserat ab eo/ reduxit p ciuitatē gabaa: i q̄ erāt aliq̄ homines

citis: q̄d tibi est: Dixerūtq; ei filij dan: a Caue ne vltra loquaris ad nos: ꝛ veniant ad te viri animo cōcitati: ꝛ ipse cū oī domo tua peas. Et sic cepto itinere ꝑrexerūt. Uidens autē michas q fortiores se essent/ reuersus est i domū suā: Sexcenti autem viri tulerūt sacerdotē/ ꝛ q̄ supra diximus: veneruntq; in lais ad populū quiescentē atq; securū: ꝛ ꝑcusserunt eos in ore gladij: vrbemq; incendio tradiderūt/ nullo penitus ferēte p̄sidium: eo q procul habitarēt a sidone: ꝛ cum nullo hominū haberēt quicq̄ societatis ac negocij. b Erat autem ciuitas sita in regione roob. Quā rursum extruentes habitauerunt in ea: vocato nomine ciuitatis dan: iuxta vocabulum patris sui quem genuerat israel: que prius c lais dicebatur. Posueruntq; sibi scul d ptile: ꝛ ionathan filiū gersan filij moysi e ac filios eius sacerdotes in tribu dan vs f q; ad diem captiuitatis sue. g Mansitq; apud eos idoluȝ miche omni tempore quo fuit domus dei in silo. In diebus illis nō erat rex in israel.

Ca. XIX

b Fuit quidā vir leuites habitās in latere mōtis ephraim: q̄ accepit vxorē d beth i leē iuda. Que reliq̄t euȝ: ꝛ k reuersa est in domū pr̄is sui in bethleē: māsitq; apud eū q̄ttuor mēsib9. Secu l tusq; est eā vir suus: volensq; recōciliari ei/ atq; blandiri et secum reducere: ha m bens i comitatu puerū/ et duos asinos. Que suscepit eum: et introduxit in do n mum patris sui. Quod cum audisset socer eius/ eumq; vidisset: occurrit ei let9: ꝛ amplexatus est hominem. Mansitq; gener in domo soceri tribus diebus/ comedens cum eo et bibens familiariter. Die autem quarto de nocte cōsurgens o proficisci voluit. Quem tenuit socer: ꝛ ait ad eum: Gusta prius pusillum panis/ ꝛ conforta stomachum: ꝛ sic proficisceris. Sederuntq; simul: ac comederunt et biberunt. Dixitq; pater puelle ad generum suum: Queso te vt hodie hic maneas/ pariterq; letemur. At ille consurgens cepit velle proficisci. Et nihilominus obnixe eum socer tenuit: et apud se fecit manere. Mane autem facto parabat leuites iter. Cui socer rursum: Obsecro inquit/ vt paululum cibi capias: ꝛ assumptis virib9 donec increscat dies postea ꝓficiscar'. Comederūt g̊ simul: surrexitq; adolescēs vt ꝑgeret cū vxore sua et puero. Cui rursū lo/

mies pessimi ꝛ luxuriosi nimis. Circa h̄ igit sic ꝓcedit: q2 ꝑmo describit vxoris recōciliatio. secūdo recōciliate reductio/ ibi: Die autē quarto. tertio in gabaa hospitatio/ ibi: Occubuitq; ei sol. Circa primū dicit: i ¶ Qui accepit vxorē de bethleē iuda. Hoc dicit ad differentiā alterius bethleē que est i tribu ȝabulon: vt supra dictū est. xvij. ca. k ¶ Que reliquit eum. In hebreo habet: Que fornicata est super eum. et sic in hebreo videt tāgi causa recessus. vtpote quia propter fornicationē vir eius eiecit eaȝ: vel quia ipsa ignorante viro recessit ab eo cum adultero: ꝛ postea non fuit ausa reuerti ad maritū suū: ꝛ ideo iuit ad domū patris sui. l ¶ Secutusq; est eā vir suus: volensq; recon. ei. Sic frequēter cōtingit: q viri scientes vxores suas male egisse contra legem thori/ adhuc eas tamē reuocāt. m ¶ Habens in co. pue. i. seruū. Cetera patēt in littera. o ¶ Die autem quarto. Hic ꝯñr describit vxoris reconciliate reductio. Et ptȝ lr̄a vsq; ibi:

✱ Cōsidera q

Allegorice ✱ h ¶ Fuit quidā vir leuites ꝛc. Per hunc leuitam qui dr vir a ꝟtute/ pōt allegorice deus significari: de quo dr Exod. xv. a. Dñs quasi vir pugnator. i ¶ Qui accepit vxorē. i. synagogā in datiōe legis in monte sinai sibi coniungēs eam. k ¶ Que reliquit eum. p idolatriā multipliciter fornicādo. Vñ in hebreo habet hic: Que fornicata ē sup eum. Et hec fornicatio p idolatriam patet ex decursu veteris testamenti. l ¶ Secutusq; est eam vir suus volēsq; re. Per quod significat q deus voluit sibi reconciliare synagogā: ꝛ ad hoc misit ꝓphetas/ p ipsos eā reuocās ab idolatria. Hiere. iij. a. Tu autē fornicata es cū amatoribus multis: tñ reuertere/ ꝛ ego suscipiā te dicit dñs. Tandē post ꝓphetas ipse venit in ꝓpria ꝑsona/ ad reconciliandū ipsā sibi p fidem ꝛ dilectionē. Unde dicit Matth. xv. c. Non sum missus nisi ad oues que perierūt dom9 israel. Et qm̄ aliqui de synagoga receperunt euȝ p fidem ꝛ dilectionē: scȝ apl'i ꝛ alij credētes de iudea. ido subdit: n ¶ Que suscepit euȝ. i pauc' tñ ꝑsonis respectiue.

Moraliter Moraliter autem p viꝝ intelligit rō ꝑm Aug'. et p vxorem sensualitas: cui ratio debet dominari sicut vir mulieri. Ipsa tñ sensualitas recedit ab obedientia rationis illicite/ delectabilibus sensuū inherēdo. Sed tunc ratio debet esse diligēs/ vt ad eius obedientiaȝ reducat. Et q2 ꝑsonis ad deū reuertētibus fide ꝛ dilectione diabolus ꝓcurat tribulationes multas ꝛ magnas: ꝓpter hoc apostolis ꝛ alijs credentibus procurauit tribulationes: primo p sacerdotes ꝛ scribas iudeoꝝ: vt patet Act. viij. ꝛ. ix. ꝛ plurib9 alijs loc'. ꝛ postea p impatores romanorum: in quibus tribulatiōib9 apl'i ꝛ plures alij cū illusiōib9 magnis fuert mortui. ꝛ hoc fuit figuratū in interfectione p̄

✱ dicte mulie

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
848/D Vol. 2

a cu⁹ ē socer: Cōsidera ꝙ dies ad occasū decliuior sit ⁊ ppi quat ad vesperū. Mane apud me etiaȝ hodie: et duc letū diem: ⁊ cras proficisceris vt vadas in domum tuā. Noluit gener acquiescere sermonib⁹ eius: sed statim perrexit b ⁊ venit cōtra hieb⁹/ que altero noīe vocabať hierusalem: ducens secū duos asinos onustos/ et concubinā. Jamqꝫ aderant iuxta hiebus: et dies mutabať in noctē. Dixitqꝫ puer ad dominū suū: Ueni obsecro/ declinemus ad vrbē c hiebuseoꝝ/ et maneamus ī ea. Cui respōdit domin⁹: Nō ingrediar oppidū gētis aliene q̄ nō est de filijs israel: sed trāsibo vsqꝫ gabaa: ⁊ cū illuc puenero/ manebim⁹ ī ea: aut certe ī vrbe rhama. Trāsierť ergo hieb⁹: ⁊ ceptū carpebāt d iter: occubuitqꝫ eis sol iuxta gabaa que est in tribu beniamin: diuerteruntqꝫ ad eā vt manerent ibi. Quo cū intrassent/ sedebāt in platea ciuitatis: et null⁹ eos recipere vole e bat hospitio. Et ecce apparuit hō senex reuertēs de agro/ ⁊ de opere suo vesperi: qui ⁊ ipse de monte erat ephraim: ⁊ peregrinus habitabat in gabaa. Hoīes aūt regiōis illius erant filij gemini. Eleuatisqꝫ oculis vidit senex sedentē hominē cū sarcinulis suis in platea ciuitatis: ⁊ dixit ad eū: Unde venis/ ⁊ quo vadis: Qui respondit ei: Profecti sumus de bethleē iuda: ⁊ pergimus ad locum nostꝝ q̄ f est in latere mōtis ephraim/ vnde ieramus in bethleē. Et nūc vadimus ad domū dei: nullusqꝫ sub tectū suum nos vult recipere: habentes paleas ⁊ fenum in asinorum pabulū: ⁊ panē ac vinum in meos ⁊ ancille tue vsus ⁊ pueri q̄ mecū est: Nulla re indigem⁹ nisi hospitio. Cui rn̄dit senex: Pax tecū sit. Ego p̄bebo oīa q̄ necessaria sunt: tm̄ queso ne in platea maneas. Introduxitqꝫ eū ī domū suam: ⁊ pabulū asinis p̄buit: ac postqꝫ lauerūt pedes suos g recepit eos in cōuiuiū. Illis epulantibus/ ⁊ post laboreȝ itineris cibo ⁊ potu reficientibus corpa: venerunt viri ci h uitatis illius filij belial: id est absqꝫ iugo: et circundantes i domū senis/ fores pulsare ceperūt: clamātes ad dominū k domus atqꝫ dicentes: †Educ virum qui ingressus est domū tuā/ vt abutamur eo. Egressusqꝫ ē ad eos senex/ ⁊ ait: Nolite fratres/ nolite facere malū hoc: q₂ ingressus est hō hospitium meum: ⁊ cessate ab hac stulticia. Habeo filiaȝ l virginem: ⁊ hic hō habet cōcubinā: educam eas ad vos/ m vt humilietis eas ⁊ vestram libidinem cōpleatis: tm̄ obsecro ne scelus hoc cōtra naturā operemini in virum. Nolebāt acquiescere sermonibus illius. Qđ cernēs hō eduxit ad eos concubinam suam/ ⁊ eis tradidit illudendam. Qua cū tota nocte abusi essent: dimiserunt eā mane. At n mulier recedentibus tenebris/ venit ad ostium dom⁹/ vbi manebat dominus suus: ⁊ ibi corruit. Mane facto surre o xit hō ⁊ aperuit ostiū domus/ vt ceptā expleret viā: ⁊ ecce cōcubina eius iacebat añ ostium/ sparsis in limine manibus. Cui ille/ putās eā quiescere loquebať: Surge ⁊ ambulemus. Qua nihil respōdēte: intelligēs ꝙ erat mortua tulit eā ⁊ imposuit asino: reuersusqꝫ ē in domū suā. Quā p cū esset ingressus: arripuit gladium: ⁊ cadauer vxoris cū q ossibus suis in duodecim partes ac frusta cōcidens/ mi r sit in oēs terminos israel. Qđ cū vidissent singuli conclamabāt: Nunqꝫ res talis facta ē in israel ex eo die q̄ ascenderūt pr̄es nr̄i de egypto vsqꝫ in p̄sens tēpus. Ferte sentētiā: ⁊ in cōmune decernite q̄d facto opus sit.

A a ¶ Cōsidera ꝙ dies ad oc. de. ñ q₂ eēt ita ꝑpe noctē: sȝ q₂ trāsierat horā meridionalē/ a q̄ hora īcipit sol ꝺcliare a sua altitudie. b ¶ Et v. cō. hie. ⁊c. De rōnibus hoꝝ noīm ⁊ alioꝝ q̄bus noīata ē hec ciuitas ꝺm diuisa tꝑa/ dictū fuit Geñ. xxviij. Ex h̄ aūt loco dicūt hebrei ꝙ ista historia ꝯtigit tꝑe othoniel añ illā q̄ scribiť ī p̄ncipio hui⁹ libri de captiōe hierl'm ꝑ filios iuda. q₂ ꝺdiť hic: c ¶ Nō igrediar oppidū. Ex q̄ videť ꝙ adhuc filij iuda ñ ceperāt illā ciuitatē. Catholici aūt aliq̄ dicūt/ ꝙ contigit añ othoniel: eo ꝙ ī fine hui⁹ historie ꝺ₂: In diebus illis nō erat rex in israel: sic. s. dictū est de historia miche ca. xvij. d ¶ Occubuitqꝫ eis. Hic consequenter describiť redeuntiū hospitatio/ cum ꝺ₂: Occubuitqꝫ eis sol iuxta gabaa. Et iō ñ poterāt bono mō vltra transire. e ¶ Et null⁹ eos reci. vo. ho. q₂ hōi timebāt eos recipe: timētes iuasionē dom⁹ sue de nocte ab hoib⁹ īsolētib⁹ q̄ erāt ī ciuitate: sic et ꝯtigit ei q̄ eos recepit. B Mali āt hoīes vagi ⁊ īsolētes ñ hn̄t hospitia ad recipiēdū trāseuntes: nec ipi libenť declinarēt ad eos. Cetera patent vsqꝫ ibi: f ¶ Et nūc va. ad domū dei ⁊c. hoc ē in silo vbi erat tabernaculū ⁊ arca testamēti: q₂ ante q̄ intraret domū suā volebat deo regratiari de hoc ꝙ direxerat eum in via et custodierat: vt ex hoc deberēt hoīes inclinari ad ip̄os recipiēdū. g ¶ Illis epulātib⁹. Descripta peccādi occasione: hic conseq̄nter describiť pcti perpetratio cū subdiť: Uenerūt viri ciuitat' illius filij belial. Qđ autē seqť: h ¶ Id ē absqꝫ iugo. nō ē in hebreo: sȝ ē interp̄tatio hui⁹ dictiōis belial. q₂ tales hoīes sunt sine disciplina ⁊ tiore dei. i ¶ Fores pul. ce. cuȝ tn̄ ꝺm dictamē rōnis recte ꝑegrini ī hospitio debeant eē securi. k ¶ Educ virū q̄ igr. ⁊c. vt ab. eo. ꝯcubitu sodomitico: vt cōiter dicunt expositores. Joseph⁹ aūt dicit ꝙ nō querebāt nisi mulierē: sed sic loquebātur, vt īclinarēt dn̄m domus ⁊ maritū mulieris ad tradenduȝ eā. C Añ et in fine intentabant viro morteȝ nisi traderet eis vxorē suā: ꝺm ꝙ allegat ca. sequēti dicēs: Uolentes me occidere ⁊c. Et hoc videť ex hoc ꝙ tradita eis vxore fuerūt cōtenti: vt h̄r. j. l ¶ Habeo filiā virginē. Dicunt aliq̄ ꝙ nō peccauit offerēdo eis filiā suā/ ad euitādū maius malū. s. pctm̄ ꝯtra naturā. quod ipsi p̄tendebāt ad iniuriā hospitū suoꝝ. Sed hoc non est verū: q₂ nullus debet consentire in hoc quod est peccatuȝ: maxime mortale de genere/ vt euitet ī alio maius pctm̄: ꝓut declaratū fuit diffuse Geñ. xix. de loth: qui in casu ꝯsili voluit tradere filias suas ꝟgines. m ¶ Et h̄ hō habet cōcubinā: id est vxoreȝ: q̄ sic noīať a cōcubitu. Et simil' modus loquēdi habetur. ij. Regū. xvj. vbi achitophel dixit ad absalō: Ingredere ad ꝯcubinas patris tui: q̄ tn̄ erāt vxores dauid. nō eīn hēbat ꝯcubinas ad exercēdū adulteriū. n ¶ Qua cū tota no. abusi essēt ⁊c. q₂ ñ erat eoꝝ vxor. et iō tal' ꝯcubit⁹ erat abusus. D vl' q₂ vtebāť ea ꝯcubitu innaturali. o ¶ Et ibi cor. Tū q₂ erat nimis afflicta. Tū etiā ex verecūdia. p ¶ Quā cū eēt in. Hic ꝺscribiť facti diuulgatio cū ꝺ₂: q ¶ Arripuit gla. ⁊c. Erāt ei xij. trib⁹ p̄ter tribū leui. Trib⁹ aūt manasse erat diuisa in duas ptes: q̄rū vna erat vltra iordanē/ alia citra: ⁊ sic ꝓ illa tribu fec̄ duas ptes: aliť nō fuisset notificatū factuȝ sufficiēť. ꝓ tribu ꝟo beniamin nō fec̄ aliquā ptē: q₂ nūcios p q̄s misisset/ occidissent: neqꝫ ꝓ tribu leui: q₂ erat dispsa p oēs trib⁹: ⁊ iō denūciato facto alijs tribub⁹ sufficiēter erat ꝺnūciatū tribui leui. r ¶ Misit i o. t. is. scȝ p nūcios: q̄ factū ⁊ modū faciēdi ꝑp'o explicabāt. Cetera patent.

Moraliter ✳ dicte m'lier' cū mag̃ illusiōe. Or aūt ei⁹ inťfectio fuit p terrā isrl' nūciata: p h̄ significatū fuit/ ꝙ ap'loꝝ alioꝝūqꝫ sctōꝝ martyria debēt denūciari per totā ecclesiā: vt fideles eoꝝ ꝯstātiā imitenť/ ⁊ deuotione debita venerentur.

†Geñ. 19. b



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
848/D Vol. 2

Egressi ita= Ca. XX. qꝫ sunt omes filij ꝛc. Sequit: a ℂ Cōsuluerunt. Greg. Qui semetipsum nō iudicat: quid ī alio recte iudicet ignorat: et si nouit fortasse per auditū ꝙ recte iudicare debeat: recte tamē iudicare aliena merita nō valet/ cui cōsciētia ꝓprię innocentię nullā iudicij regulam ꝓbet. Hinc est ꝙ cū tribus beniamin in carnis scelere fuisset obruta: collectus omnis israel iniquitatē vlcisci voluit: sed tamē semel et iterū in bello prostratus est. Cōsulto aūt dño si ad vlciscendū ire debuisset: iussū est vt iret. Qui iuxta imperiū diuinę vocis perrexit: semel ꝛ secundo perdidit: ꝛ tunc demū peccatricē tribū valde feriēs/ pene funditꝰ extinxit. Quid est ergo: ꝙ vltione sceleris inflāmatꝰ: ꝛ prius ille prosternitꝰ: nisi ꝙ prius ipsi purgādi sunt ꝑ quos aliorū culpę feriuntꝰ: vt ipsi iā mūdi per vltionē veniāt/ q̄ aliorū

Joh. 8. a vitia corrigere festināt: vñ: Qui sine pctō ē vestrū primꝰ in illā lapidē mittat. Ad aliena quippe pctā puniēda ibāt/ ꝛ sua relinquebant. Reuocentꝰ igitꝰ intus ad cōscientiā: vt priꝰ ꝓpria pctā corrigāt: ꝛ tūc aliena reprehendāt. Vñ necesse ē/ vt dū contra nos vltio diuina cessat: ipsa ꝯsciētia se reprehēdat/ ꝛ ad lamēta penitētię ꝯtra semetipsā erigat se: ne cōtra bonos elata/ ꝛ sibi humilis: sed contra se rigida/ bonis ꝓ omibus sit submissa.

Egressi itaqꝫ sunt Ca. XX omēs filij israel: ꝛ pariter congregati q̄si vir vnus de dan vsqꝫ bersabee/ et terra galaad ad dominū in maspha: omnesqꝫ anguli populorū ꝛ cunctę tribus israel in ecclesiā populi dei cōuenerūt quadringenta milia peditum pugnatorū. Nec latuit filios beniamin ꝙ ascēdissent filij israel in maspha. Interrogatusqꝫ leuita maritus mulieris interfectę quō tātū scelus ꝑpetratū esset/ respōdit: Ueni in gabaa beniamin cū vxore mea: illucqꝫ diuerti: Et ecce hoīes ciuitatꝭ illius circūdederūt nocte domū in qua manebā volētes me occidere: ꝛ vxorē meā incredibili furore libidinis vexantes: deniqꝫ mortua ē. Quā arreptā in frusta ꝯcidi: misiqꝫ ꝑtes in omēs terminos possessionis vestrę: q2 nūq̄ꝫ tantū nefas ꝛ tā grāde piaculū factū ē in isrl. Adestis oēs filij isrl: decernite quid facere debeatꝭ. Stāsqꝫ ois ppl's ꝛ q̄si vnꝰ hois sermone rñdit: Nō recedemus in tabernacula nostra: nec suā quisqꝫ intrabit domū: sed hoc ꝯtra gabaa in cōmune faciemꝰ. Decē viri eligantꝰ e cētū ex omībꝰ tribubus isrl/ ꝛ cētum de mille/ ꝛ mille de decē milibus: vt comportēt exercitui cibaria: vt possimus pugnātes cōtra gabaa beniamin reddere ei pro scelere qđ meretꝰ. Cōuenitqꝫ vniuersus israel ad ciuitatē quasi hō vnꝰ/ eadē mēte/ vnoqꝫ cōsilio: ꝛ miserūt nūcios ad oēs tribū beniamin q̄ dicerēt: Cur tantū nefas in vobis reptū ē: Tradite homies de gabaa qui hoc flagitiū ꝑpetrarūt vt moriantꝰ: ꝛ auferatꝰ malū de israel. Qui noluerūt fratrū suorū filiorū isrl audire mandatū: sed ex cunctis vrbibus q̄ sortis suę erāt conuenerunt in gabaa: vt illis ferrēt auxilium: ꝛ contra vniuersum populū isrl dimicarēt. Inuētiqꝫ sunt vigintiquinqꝫ milia de bēiamin educētiū gladiū/ pręter habitatores gabaa: qui septingenti erāt viri fortissimi: ita sinistra vt dextera ꝓliātes: ꝛ sic fundis lapides ad certū iactātes: vt capillū quoqꝫ possēt ꝑcutere/ ꝛ nequaq̄ꝫ in alterā partē ictus lapidis deferretꝰ. Virorū quoqꝫ israel absqꝫ filijs beniamin inuēta sūt q̄dringēta milia educētiū gladios ꝛ paratorū ad pugnā. † Qui surgētes venerūt ī domū dei: hoc ē in silo: cōsuluerūtqꝫ deū atqꝫ dixerūt: Quis erit in exercitu nr̄o princeps certaminis cōtra filios beniamin: Qui

## Nico. de lyra

Diuisio Egressi itaqꝫ Ca. XX ꝛc. Hic ꝯsequēter describitur peccātiū vastatio: vbi ꝑmo facti ꝟitas disq̄ritꝰ. scđo iusticię ęq̄tas requiritꝰ/ ibi: Et miserūt. tertio iniq̄tas defenditur/ ibi: Qui noluerūt. q̄rto iuste inuaditꝰ/ ibi: Virorū q̄ꝫ israel. Circa ꝑmū dr: Egressi itaqꝫ sunt oēs. Sequit: b ℂ De dan vsqꝫ bersabee. Hic exprimitꝰ lōgitudo terrę israel. q2 ciuitas dan est in termino eius aquilonari/ et bersabee in termio australi. c ℂ Et terra galaad. In hoc exprimitꝰ latitudo q̄ incipit a terra galaad quę est vltra iordanem: et protenditꝰ vsqꝫ ad mare mediterraneū. d ℂ Omnesqꝫ anguli populorum. Hebręi dicunt/ dñi populorū. i. capitanei ī tribubus ꝛ in familijs. e ℂ Et cunctę tribus israel. excepta tamē tribu beniamin. f ℂ In ecclesiā. i. congregationē. Tūc eñ nō fuerūt congregati in silo vbi erat domus dei/ sed in maspha. g ℂ Interrogatusqꝫ leuita. q2 nō debet procedi ad punitionē tanti facti absqꝫ disquisitione diligenti. h ℂ Respondit: veni in gabaa. mō expresso ca. ꝑcedēti. i ℂ Volētes me occidere: nisi eis traderē vxorem meā/ ꝫm dictū Josephi. Vel: Volentes me occidere. affligēdo me carnali cōcubitu et nefario/ ꝫm dictum aliorū. k ℂ Nūq̄ꝫ tātum nefas et tam grande piaculū ꝛc. Piaculū dr a pio pias: quod

Piaculū

B Hypocrite quoq̃ post magnas virtutes decrescũt: quia celari in eisdẽ virtutib⁹ nolũt: qui dum suasu malignorũ spirituũ iactãtie acquiescũt: quasi hostiũ quo diutius congregatũ amittant hostib⁹ pãdũt. Vñ: Tradidit in captiuitatẽ virtutẽ eorũ. Gloriã suam paulus testimoniũ cõsciẽtie sue memorat: quia fauorem alieni oris non appetit. Occultanda sunt ergo que agim⁹: ne hoc in huius vite itinere incaute portantes latrocinãtiũ spirituũ incursiõe ꝑdamus. ¶ Ra. Tacet de quo verebat offensam: ꝙ ostẽderet eis cuncta q̃ haberet in potestate sua: inter que ꝑcipua erat tẽpli supellex. b ¶ Letatus ẽ. Rab. Verba dierũ de ezechia aiunt: In delegatiõe principũ babylonis/ qui missi fuerãt ad eũ vt interrogarent de portẽto: reliquit eũ deus vt tẽtaret: ⁊ nota fierent oĩa que erant in corde ei⁹. Idcirco aũt tentationi relictus est: quia post tantã victoriã ⁊ solis regressuꝫ ⁊ congratulationẽ regni potẽtissimi cor illi⁹ eleuatũ est. Deniq̃ in eodeꝫ volumine scribit de ezechia: Egrotauit ezechias vsq̃ ad morteꝫ: et orauit ad dominũ ⁊ exaudiuit eum: et dedit ei signũ. sed nõ iuxta beneficia retribuit: quia exaltatũ est cor ei⁹: ⁊ facta est contra eũ ira ⁊ contra iudam ⁊ hierusalẽ. Et itẽ humiliat⁹ est postea: eo ꝙ exaltatũ est cor eius tam ipse q̃ habitatores hierusalẽ: ⁊ idcirco non venit ira dei super eos in diebus ezechie. Letatus est ergo in aduentu legatorũ ⁊ datione munerum: ⁊ cõgratulatiõe sanitatis sue: ostẽditq̃ eis domũ aromatũ ⁊c. c ¶ Domũ aromatũ. Rab. Quidã sepulchra regum opinãtur: que aromatib⁹ plena erãt: q̃ corpora regũ ãtiquit⁹ vnguẽt' condiebat. Alij magis cellã aromatũ in templo dñi fuisse intelligunt: vbi recondebant odorifere species: ex quibus fiebat thymiama quod in tẽplo dñi offerebatur. d ¶ Non fuit v̄buꝫ. (q̃d apud hebreos pro re frequenter accipitur) q̃d nõ ostẽderit eis in domo sua ⁊ in oĩ ꝑtãte sua. Vñ dei ira iustissima: quoniã non soluꝫ thesauros suos atq̃ palatij/ sed et templi ostẽdit: quod certe fuit potestatis eius de cuius valuis atrij laminas ante iam tulerat. e ¶ De terra longinqua venerunt. Raba. Quasi dicat: Quanto terra longior vnde venerunt/ tanto ego gloriosior propter quem venerũt. f ¶ Ad me de babylone. Debuerat dicere: ad glorificandum deum pro signi magnitudine.

[2. Para. 32. g. 2. Para. 32. f]

C

a ¶ Rab. nabuchodonosor ꝭm hebreos.

a †In illo tempore misit merodach baladan filius baladan rex babyloniorũ litteras ⁊ munera ad ezechiaꝫ. Audierat eñ ꝙ egrotasset ezechias. Letatus est aũt in aduẽtu eorũ ezechias: ⁊ ostẽdit eis domũ aromatũ: ⁊ aurum ⁊ argentuꝫ ⁊ pigmẽta varia: vnguẽta quoq̃ ⁊ domũ vasorũ suorũ: ⁊ oĩa q̃ habere poterat ĩ thesauris suis. Nõ fuit verbũ quod nõ ostẽderet eis ezechias ĩ domo sua et in oĩ potestate sua. Venit aũt esaias propheta ad regẽ ezechiã. Dixitq̃ ei: Quid dixerunt viri isti: aut vnde venerunt ad te? Cui ait ezechias. De terra longinqua venerunt ad me ð babylone. At ille respõdit: Quid viderũt in domo tua? Ait ezechias: oĩa quecũq̃ sunt ĩ domo mea viderunt: nihil est eñ q̃d nõ monstrauerim eis ĩ thesauris meis. Dixit itaq̃ esaias ezechie: Audi sermonẽ dñi: Ecce dies veniunt: et auferent oĩa que sunt in domo tua: ⁊ que condiderunt patres tui vsq̃ in diem hanc/ in babylonem. Non remanebit quicq̃ ait dñs. Sed et de filijs tuis qui egrediẽtur a te q̃s generabis/ tollẽtur ⁊ erunt eunuchi ĩ palatio regis babylõis. Dixit ezechias ad esaiã: Bonus est sermo domini: quem locutus est. Sit tñ pax et veritas ĩ diebus meis. Reliqua autẽ sermonum ezechie: ⁊ oĩs for-

[Interlinear: a ¶ Rab. thesauros auri ⁊ argenti. — a ¶ Rab. odoramenta. — b ¶ in hebreo: oleũ bonum. — ¶ gaze. — a ¶ al's nõ fuit q̃d nõ mõstrasset. — a ¶ Rab. cũ supcilio legendum. — a ¶ Ra. q̃ in orbe potẽtissima est. — a ¶ nõ tuo/ sed patrũ labore quesita.]

[†Esa. 39. a.]

## Nico. de lyra

a ¶ In illo tempore. Hic cõsequenter reprimit insurgens elatio. et primo ipsa elatio describit. ⁊ secundo reprimit: Venit aũt esaias. Circa primũ sciendũ: ꝙ babylonij erant intenti circa cursus siderum. Vñ et astronomia primo fuit inuenta in chaldea ꝭm aliquos: cuius metropolis est ciuitas babylon. ⁊ ideo quãdo perceperũt retrocessionẽ solis predictam contra cursum nature: fuerũt solliciti querere qualiter hoc acciderat: Et cum audissẽt ꝙ hoc fuerat in sanatiõe ezechie: de consilio sapientũ rex babylonis b ¶ Misit ad ezechiã munera. in signũ reuerentie. c ¶ Et litteras. ad sciẽdũ de illa retrocessione solis mirabili. ⁊ h' est quod dicit. ij. Paral. xxxij. ꝙ nuncij regis babylonis missi fuerant ad eũ vt interrogarent de portento quod acciderat super terram. d ¶ Letatus ẽ autẽ in aduentu eorũ ezechias. leticia inepta procedente ex elatione: eo ꝙ tãtus rex ⁊ de tam longinqua terra misisset ad eum nuncios ⁊ munera. e ¶ Et ostendit eis domũ aromatũ et aurum ⁊c. Dicit Rab. Sa. ꝙ non solũ ostendit eis ea que erant ĩ thesauris suis ⁊ in domo sua: sed etiam ea que secretissime ⁊ reuerentissime seruabantur in templo: scꝫ vnctionem regũ ⁊ põtificum: ⁊ tabulas testmonij et legẽ: que nullo modo erant gentib⁹ ostẽdenda. ⁊ hoc notatur cum dicitur: Et in omni potestate sua. Sequitur: f ¶ Venit autem esaias. Hic cõñr describit ꝑdicte elatiõis ⁊ trãsgressionis reprehensio: cũ dicit: g ¶ Quid dixerunt viri isti ⁊c. non quesiuit h' ex ignorantia quia totũ erat sibi a deo reuelatum: sed vt ex responsione ezechie conuenientius argueret eum. h ¶ De terra longioqua venerũt ad me. quasi dicat h' fuit mihi ad magnam gloriam: et ideo ostendi eis regni mei magnificentiam. i ¶ Ecce dies venient: ⁊ auferentur oĩa que sũt in domo tua ⁊c. Istud fuit completum quando nabuchodonosor omnia preciosa transtulit de hierusalẽ in babylonẽ. vt hr. ĩ. xxv. ca. k ¶ Sꝫ et de fi. tu. q̃ egre. a te q̃s ge. Istud fuit ĩpletũ in Daniele ⁊ socijs suis q̃ fuerũt de semine regis iude educti in babylonem et nutriti et eruditi vt possent stare in palatio regis babylonis: vt habetur Danielis. j. l ¶ Dixit ezechias ad esaiam: bonus est sermo domini quem locutus est. penituit eñ: et sic acceptauit domini sententiaꝫ supra se ⁊ regnum suũ. propter q̃d ⁊ pena ista non fuit inducta temporibus suis: sed fuit dilata vsq̃ ad tempus ioachim ⁊ sedechie. Quod cũ sibi dictũ fuisset p Esaiam dixit: Sit tñ pax ⁊ veritas in dieb⁹ meis. Seq̃t

D

Et quomodo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
848/D Vol. 2

E ✠ a ¶Et quō fe.piscinā z aq̄.et in.aq̄s in ciuitatē. De h habet ple/ ni⁹.ij. Paral.xxxij. vbi dr̄ ꝙ h fecit ece/ chias/vt reges assyrioꝝ venietes ɔtra hierl'm paterent̄ defectuȝ aq̄ i obsidio ne si venirēt ad obsidēdū eam.

¶In ca.xx. vbi dicit̄ in postil. Uis vt ascēdat vmbra:id est vt pcedat vltra.


a titudo ei⁹/ z quō fecerit piscinā z aqueductū:z introduxerit aq̄s i ciuitatē:nōne hec scripta sunt in libro sermonū dieꝝ reguȝ iuda:

**Additio.** Circa h signū factū ecechie put h in postil. expōit̄/ z ē cōis expositio doctorū m'lta pn̄t ɔsiderari admiratiōe digna.pmo q2 lȝ oia ista miracl'a n̄ pn̄t ni si potētia dei infinita pduci. vn̄ Aug.ad Uolusianū. In reb⁹ mirabilit̄ factis tota rō facti est potētia faciētis.tn̄ q̄dā mira/ cula p cōpationē ad facultatē nature dicunt̄ alijs maiora.vn̄ i ter oia miracl'a q̄ a deo tā in vete.q̄ȝ i nouo testa.facta legunt̄: sūmū gradū tenēt illa q̄ nullo mō natura facere pōt.vt sunt re trocessio sol'.z glificatio corpis hūani. Naȝ resuscitatio mor/ tuoꝝ:seu illumiatio cecoꝝ a natiuitate/lȝ magna sint miracu/ la:nō tn̄ attingūt sūmū gradū p̄dictū. Pōt em̄ natura vitā i/ troducere de nouo i corpe vitā nō hn̄te:lȝ nō in corpe iā mor/ tuo. Pōt etiā p̄stare visum/sed nō ceco:vt lati⁹ declarat sctūs Tho.pma pte.q.cv.ar.vlt.i cor.q̄stiōis. Mirādū q̄ ē q̄re de⁹ voluit miraculū i sūmo q̄du exercere.s.retrocessionē sol' circa sanationē ecechie: vbi videbat̄ sufficere vnū d̄ minimis. Hoc ei signū petiuit ecechias solūmō vt certificaret̄ d̄ sanatiōe sua. z ꝙ ascēderet i die tertia ad domū dn̄i:vt exp̄sse ptȝ i l'ra. Cō/ firmat̄ hec rō: Nā s̄m doctores miracl'a p christū facta p trās/ mutationē corpoꝝ iferioꝝ/nō ita euident̄ ondebāt ipi⁹ diuini tatē:sic miracula p ip̄m facta p trāsmutationē cursus celestiū corpoꝝ q̄ a solo deo imobilit̄ sūt ordinata.sicut fuit i obscura tiōe sol' tpe passiōis christi:put tradit sctūs Tho.i.iij.pte.q. xliiij.ar.ij.in cor.q.vbi allegat Diony.h dicētē/ sȝ i h casu.s.in sanatiōe ecechie nō req̄rebant̄ talia miracula fieri q̄ sufficerēt ad ondēdū sufficiētē diuinitatē christi. Preterea ille tenebre q̄ facte sunt i vniuersa terra tpe passiōis christi:vt Luc.xxiij.te/ stāte Diony.i ep'la ad policarpū/ q̄ in h tpe i egypto existēs i spexit:causate fuerūt ex vera eclypsi pcedēte p interpositiōeȝ lune inter terrā z solē. Cōtra qd̄ arguit Origenes sup Mat/ theū:i noie q̄rūdā filioꝝ hui⁹ seculi dicens: Quō h factū tā mi raculosū nemo grecoꝝ aut barbaroꝝ scripsit? Ad qd̄ rn̄det̄ p

F doctores:ꝙ astrologi vbiq̄ȝ terraꝝ tūc tpis existētes nō solli/ citabāt̄ de obseruāda ecclypsi:q2 tūc nō erat s̄m eoꝝ cōputū: sȝ illā obscuritatē ex aliq̄ imp̄ssiōe aer' putauerūt accidere. sȝ i egypto vbi raro nubes apparēt/ ppt̄ aer' serenitatē sollicit⁹ fuit Diony.z sociū ei⁹:vt circa illā obscuritatē sollicite attēde rēt. Ex q̄bus in pposito multo forti⁹ admirādū est:quō astro logi vbiq̄ȝ t'raꝝ dispsi vidētes vnā diē excedere p viginti vel saltē decē horas mēsurā ɔsuetā/ h nō scripserūt.qd̄ nō solū de astrologis:sed etiā de simplicib⁹ regib⁹ vel pncipib⁹ mirādū est hoc i chronicis nō scripsisse:p̄sertim q2 s̄m opinionē cōmu nē:postq̄ȝ illa dies trāsiuerat.x.horas artificiales:z sic sol nō distabat ab occasu nisi p spaciū duarū horaꝝ artificialiū:tunc retrocessit versus orientē p spaciū.x.horaruȝ s̄m q̄sdā:s̄m vo alios p viginti.et sic oportet dicere: ꝙ s̄m vtrosq̄ȝ in eadē die sol bis attigit lineaȝ meridianā:sel'.s.in cursu suo naturali:et scd̄o in cursu retrogrado.q̄ q̄dē mutatio nō solū valde mōstru osa z insolita/sed etiā patētissima nedū a sapiētib⁹ sed etiaȝ a rudib⁹ agricolis necessario sentiret̄:z sic nulla videt̄ rō excu/ sans talē cōscriptionē. Nec valet dicere:ꝙ babylonij q̄ erāt i/ tenti circa cursū sideꝝ/qn̄ pceperūt retrocessionē solis p̄dictā cōtra cursū nature:fuerūt solliciti q̄rere q̄liter h acciderat. Et cū audissent ꝙ h fuerat in sanatiōe ecechie: de cōsilio sapien/ tū rex babylonis misit ad ecechiā munera z l'ras ad scienduȝ de illa retrocessiōe solis mirabili:put postil.dicit.ī.qd̄ tn̄ nō videt̄ ad tollēdā hmōi admirationē sufficere ex trib⁹. Primo q2 vt dictū est:tāta mutatio z tā lōga z euidēs z insueta nō so lū ab astronomis erat sentiēda/sȝ etiā a vulgarib⁹ q̄buscunq̄ȝ vbiq̄ȝ terraꝝ existentib⁹:nō tn̄ legit̄ de aliq̄ ꝙ de h tractasset si dera inuestigādo:seu rerū gesta narrādo /nisi solū de rege ba bylonis. Scd̄o:q2 chaldei q̄ erāt totaliter ifideles/ lȝ audirēt ꝙ h fuerat factū tpe sanatiōis ecechie:nō tn̄ habebat rōnē co/ gētē ip̄os credere ꝙ hec mutatio haberet respectū singulareȝ ad ecechiā/sic vt ppt̄ ip̄m ecechiā fuisset factū. Nā sicut h cōti gerat in horologio achaz hierosolymitano: pari mō z forma fuit in horologio/vl' in alijs instrumētis horarū in babylonia z vbiq̄ȝ terrarū:z sic nō cogebant̄ babylonici credere h fuisse factū ppt̄ aliquā psonā singularē ex puidentia diuia:sȝ poti⁹ s̄m suam infidelitatem hoc credidissent fuisse ex aliqua causa sibi occulta casuali seu naturali.sicut de pharaone et palesti/ nis legit̄

nis legitur/ z de alijs ifidelib⁹:qui nō at/ tribuebāt illa q̄ videbāt ɔ̄ seu p̄ter cursū nature fieri diuie potētie neq̄ȝ puidētie: vt ptȝ Exo.viij.z.ix.z.j. Re.vj.tertio:q2 ex augmēto.x.vl'.xx.horaꝝ i vna die p̄ter cursū solitū nece ē vt ɔtigerēt magni er/ rores i cōputatiōe celestiū motuū:q̄ q̄dē mot⁹ mēsurāt̄ z certificāt̄ p motū sol' di/ urnū.sed nō legitur ꝙ pcepissent astrologi qui contēplantur sidera:et computant menses:vt dicitur Esa.xlvij. Nec etiam i eoꝝ computis de eclypsib⁹ coniunctionib⁹ seu oppositioni b⁹ planetaꝝ postea aliq̄s error notabil' successit:qd̄ tn̄ necio cō tigisset tot hore fuissēt augmētate i vna die p̄ter cursū solitum naturalē/ z ipi n̄ pcepissēt:q̄ oia sūt māifesta cuicūq̄ȝ i illa arte aliq̄lit̄ pito. Si āt obijciat̄ ɔ̄ p̄dicta.dicēdo ꝙ ex statiōe sol' sb iosue:vt hr̄.s̄.Josue.x.pn̄t seq̄ silia incōueniētia. Prio q2 de⁹ fec ibi vnū d̄ sūmis miracl'is vbi sufficisset min⁹. Scd̄o q2 nēo astronomoꝝ illā stationē scp̄sit nec ide fuit secut⁹ error i cōpu tis eoꝝ. Dicēdū ad pmū:ꝙ illd̄ sb iosue factū fuit ad magnaȝ gl'iā dī q̄ volebat i ɔspectu gētiū magnificare totū pp'lm isrl'iti cū i igressu t're. Et etiā plōgatio illi⁹ diei fuit vtil' vl' q̄si necia ad vltionē d̄ inimic': eo ꝙ n̄ sufficiebat ad h illd̄ modicū qd̄ re stabat de die naturali.nihil āt istoꝝ ɔtingebat i sanationē ece chie:p̄serti i certificādo eū solū de sua breui sanatiōe. Ad secū dū vo dicēdū ꝙ tpe iosue nōdū erat ars astronomie iuēta.qd̄ ptȝ ex h:nā ptholeme⁹ philadelph⁹ q̄ fuit ipi⁹ pncipal' inuesti gator z iuētor /nō allegat d̄ iuestigatiōib⁹ antiq̄s:nisi tm̄ a tre cētis annis fere an̄ eū:vt ptȝ i q̄rto sui almagesti z i alijs loc' eiusdē libri. Sȝ ɔstat ꝙ ptholeme⁹ ille fuit tpe machabeoꝝ q̄ fuerūt post iosue p.dcccc.ānos fere. z sic cū tūc.s.tpe iosue n̄ es/ sent tales iuestigatores sideꝝ ne cōputatores cursuū celestiū/ nō erat ibi loc⁹ notādi nec errādi i talib⁹ cōput'.secus de tpe ecechie:qm̄ iā icipiebāt hoies iuestigare z cōputare cursū side rū:vt ptȝ ex vbis Esa.xlvij.supi⁹ allegat'. Sȝ ad p̄dictas ad/ miratiōes tollēdas z vitatē l're put plane sonat pseq̄ndā alit̄ videret̄ dicēdū. vn̄ absq̄ȝ alia temeraria assertiōe z salua sp sā/ ctoꝝ doctoꝝ auctē h signū s̄m ppriā significatiōeȝ l're/ nec nō z rōnis ɔueniētiā n̄ fuit factū i corpe sol':nec i ipi⁹ cursu natura li:neq̄ȝ i oib⁹ radijs a sole p orbē pcedētib⁹:sȝ tm̄ i radijs sola rib⁹ q̄ horologiū achaz tāgebāt.z i vmbra ipi⁹ horologij cā dijs solarib⁹ z iterpositionē corpis opaci eiusdē horologij possit

B ta.vn̄ lȝ h fuisset tātū miraculū qd̄ n̄ nisi vtute dina fieri possit n̄ tn̄ attigit sūmū q̄dū miracl'oꝝ.s̄.dictū.put ptȝ ituēti distincti onē q̄duū miraculoꝝ quā sctūs Tho.ponit pma pte.q.allega ta.i eo.ar.i cor.q̄stiōis Pro cui⁹ declaratiōe attēdēdū ē:ꝙ in horologio achaz mēsurabāt̄ distinctiōes horaꝝ p extēsionē li neaꝝ vmbraliū q̄ ɔiūgunt̄ radijs solarib⁹.sic i ml't' istris astro logic' artificial'r h ɔsueuit fieri:i q̄ mēsuratiōe.xij.hore artifici ales distiguebāt̄ p.vij.lineas vmbrales i ip̄o horologio assig tas. Disposuit tn̄ de⁹ miracl'ose ꝙ sole icedēte cursu suo absq̄ȝ aliq̄ variatiōe seu retrocessiōe radij solares i horologio achaz tm̄ z nō alibi retrocesserūt p.x.gradus z iterū reuersi sūt p ali os.x.gradus. In q̄ q̄dē retrocessione radioꝝ et eoꝝ reuersiōe illa dies nec fuit maior vel minor solito.nā motus solis nō fu it in aliq̄ variat⁹ a cursu naturali: vt dictuȝ est:nec etiam radij eius vniuersales:sed tm̄ radij solares qui in horologio achaz continebantur.put finaliter imaginari pōt in p̄senti figura.



A In qua figura horologiū achaz cōponit̄ ex quadā colūna perpēdiculariter posita sup basim horizontis eque distantē: que quidē colūna sit .d.b. ⁊ basis sit .a.b.c. ⁊ sit/ a. pars oriētalis. c. vero occidētalis. distinguat̄ etiā p̄dicta basis per .xij. lineas: quarū sex sunt a parte oriētali: ⁊ alie sex a parte occidentali: sic vt attingente vmbra radio solari imediate continua ad lineā .d.q. versus occidentē sit p̄ma hora artificialis diei. deinde accedēte ad lineā .d.p. sit scd̄a hora: ⁊ sic ꝯñter vsq̄ ad lineā .d.b. vbi sūt sex hore artificiales. et per cōsequēs meridies. Ulteri⁹ tendēte sole ad occasū ⁊ accedēte vmbra cū radio solari ꝯtinua ad .d.l. q̄ est p̄ma linea a colūna versus orientē/ erit .vij. hora ⁊ sic ꝯñr vsq̄ ad .d.a. vbi erit .xij. hora. Supponat̄ ḡ ꝙ a tp̄e quo hoc signum fuit factū fluxerāt .x. hore artificiales ipius diei: ⁊ remanebūt due hore trāseunde. vñ ⁊ ꝓtunc radius solaris similiter ⁊ vmbra ei cōtinua fuisset linea .d.f. que decima linea est a linea .d.q. que significat p̄mā horā: vñ ⁊ vlterius sole tendente ad occasum ille radius cū vmbra sibi cōtinua successiue attingeret ad quintā: deinde ad sextā in cōplementū .xij. horarū cursu naturali assueto. Supponat̄ tñ ꝙ deo mirabilit̄ operante: licz sol suo cursu solito tenderet in occasum/ radius vero solaris in horologio achaz singulariter existēs retrocessit a linea .d.f. p̄dicta vsq̄ ad lineā .d.g. et ꝯñr i .d.h. et sic successiue donec attingit lineā .d.q. et inde reuersus ē radius solaris cū vmbra sibi ꝯtinua a linea .d.q. vsq̄ ad lineā .d.a. vbi cōcurrit cū radio solari cursu suo naturali icedēte. q̄ quidez retrocessio ⁊ reuersio nō ampli⁹ durauerūt q̄ꝫ per duas horas: vt sic simt̄ terminaret̄ dies artificialis cū retrocessione ⁊ reuersiōe radiū solaris ⁊ vmbre. ⁊ sic illa dies in toto orbe nec fuit maior/ nec minor solito: nec etiā in horologio achaz: reflexio tñ radiorū solariū seu retrocessio/ silr̄ ⁊ eoꝝ reūsio fuerūt tm̄mō i horologio achaz supnaturalr̄ facte: put fuit p̄tactū. Hāc expositionē ꝓtestat̄ lr̄a p̄mo cū dic̄: Uis ꝙ ascēdat vmbra decē lineis: an vt reuertat̄ totidē gradib⁹: q̄ fuerūt v̄ba Esa. dātis optionē ezechie. circa hoc miraculū. vbi nō dixit nisi solū d̄ vmbra si vellet ꝙ tenderet cursum suū/ vel retrograderet̄: et nihil dixit de sole. Similr̄ h̄ ptz in respōsiōe ezechie. vbi dixit: Facile ē vmbrā crescere decē lineis: nec hoc volo vt fiat: sed vt reuertat̄ retrorsum .x. gradib⁹. hoc est dicere/ ꝙ nō eēt tam euidēs miraculū si cursu suo .s. velociori vmbra incederet: sed voluit

B ꝙ retrocederet. ⁊ ptz ꝙ i hac respōsione nulla fit mētio de sole: sed tm̄ de vmbra a sole et columa horologij causata. Hoc idē ptz in executiōe vbi d̄r: Et reduxit vmbrā per lineas q̄bus iam descēderat in horologio achaz retrorsum .x. gradib⁹. vbi nulla fit mētio de sole: sed tm̄ de vmbra vt dictū est. Hoc idez ptz Esa. xxxviij. vbi de hoc agit̄: vbi .s. d̄r: Ecce ego reuerti faciā vmbrā linearū ꝑ quas descēderat in horologio achaz ⁊c̄. vbi silr̄ tm̄ de vmbra fit mētio. Nec obstat q̄d seq̄t̄: Reūsus est sol .x. lineis: q̄ statim subdit: In lineis q̄b⁹ descenderat .ad denotandū ꝙ sol in suo cursu nō descēderat/ sed tm̄mō in illis gradib⁹ achaz. Sepe etiā in scriptura d̄r aliq̄d de sole q̄d non verificat̄ de corpore suo/ sz de radijs ei⁹ sic̄. Jone. iiij. c. Percussit sol sup caput ione. i. radi⁹ solis. Cōfirmat̄ etiā hec expositio ex hoc q̄d legit̄ circa miraculū factū Josue de statione solis: Josue. x. nā vbi d̄r in trāslatiōe nr̄a: Nō fuit antea nec postea tā lōga dies obediēte dño voci hoīs. i hebreo d̄r: Nō fuit antea nec postea sic̄ dies illa ⁊c̄. vbi videt̄ ꝙ negat silitudinē illi⁹ diei nō s̄m longitudinē: sz in h̄ ꝙ de⁹ ꝯdescēdit deprecationi hoīs in tāto miraculo q̄d nō esset verū si ꝯdescēdisset voci esaie seu ezechie in sili ⁊ etiā in maiori. maior eñ esset retrocessio solis q̄ꝫ eius statio: sicut magis ꝯtradicit vni motui motus ꝯtrari⁹ ipius q̄ꝫ quies. Facit etiā ad hoc q̄d habet̄ .ij. Paral. xxxij. vbi de hac materia tractās dicit: ꝙ p̄ncipes babylonis missi fuerūt ad eū/ scz ezechiā vt interrogarēt de portēto q̄d acciderat sup terrā. nō eñ dixerat/ d̄ portēto q̄d acciderat in sole seu in mūdo: sz solū dixit/ sup terrā: q̄d debet referri ad terrā iude vbi erat ezechias: al's nō oportebat ꝙ req̄rerēt eū si in toto mūdo cōtigisset. ⁊ sic habet̄ ꝓpositū.

**Replica** In ca. xx. vbi postil. exponit miraculū et signū datū ezechie ꝓut cōiter hoc doctores exponūt. Burgē. fimbrias suas magnificat ⁊ dilatat admirando. Primo nitit̄ q̄rere rōnē q̄re deus facit maximū miraculū ꝓpter sanationē Ezechie: cum vnū de minimis suffecisset. In hac admiratiōe Burgñ: p̄mo peccat: q̄ p̄tendit oim rerū q̄rere rōnes. ⁊ hoc s̄m Arist. est micologia: p̄sertim miraculoꝝ rationē quoꝝ rō nō est nisi diuina volūtas. cui⁹ causa ⁊ ratio q̄ri nō debet: vt vult btūs Aug. xxj. d̄ ciui. dei ca. vij. Secūdo admirat̄ vehemētius si tale miraculū ponit̄ factū in retrocessione solis: ⁊ quō astrologi nō ꝑceperūt. ⁊ si ꝑceperūt/ quō nō reliq̄rūt in scriptis suis. ⁊ quō error nō in cōpositis contigisset: sed verū admiratiōes iste locū habēt tp̄e Josue in solis statione. sic̄ eclypsi tp̄e passiōis christi. Burg. aūt putans velle hāc difficultatē euadere/ dat differētiā iter miraculū factū tp̄e Josue ⁊ illd̄: dicēs ad p̄mū/ ꝙ illd̄ ē factū ad magnā gloriā dei: ⁊ fuit necessariū ꝓpter vltionē de inimicis. In isto aūt nec fuit magna dei gl'ia: nec singularis victoria: sz soluz sanatio ezechie: ⁊ ꝓlōgatio sue vite. Ad scd̄m de astrologis dicit: ꝙ tp̄e Josue nōdū erat ars astronomie inuēta ⁊c̄. Sed ista vident̄ frustra dicta: p̄muz/ q̄ istud signū videt̄ plus pertinere ad dei gloriā q̄ꝫ illud tp̄e iosue. Nā ⁊ si tunc facta est vltio de hostibus ppl'i: nūc aūt̄ facta est vltio de blasphematorib⁹ dei. et si tunc facta sit debellatio ciuitatis ꝓphane: nūc defensio ciuitatis sancte. ⁊ si tūc debellati sunt reguli ꝑ gladiū: nūc debellatus ē sine gladio monarcha oppressor oīm regnoꝝ. Nec verꝫ dicit Burgē. ꝙ istud signū ꝑtineat ad solā sanationē ezechie. dicit̄ nanq̄ in lr̄a: Hoc erit signū ꝙ dñs facturus est sermonē quē locut⁹ est. sermo eñ dei hic allegat⁹ ponit̄ in eodē ca. cuz dicit̄: Audiui orōnē tuā ⁊ vidi lachrymā tuā: ⁊ ecce sanaui te. die tertio ascēdes templū dñi: ⁊ addā dieb⁹ tuis q̄ndecim annos: sed ⁊ de manu regis assirioꝝ eruā te: ⁊ ciuitatē hāc et ꝓtegā vrbem istā ⁊c̄. Uñ apparet ꝙ minimū in hac re fuit sanatio ezechie. naz illa fieri potuisset minore virtute q̄ꝫ diuia: alia autē nō nisi dei virtute fieri potuerūt. s. incineratio corpoꝝ armis ⁊ vestib⁹ illesis ⁊c̄. Istud etiā signū fuit magis necessarium ⁊ vtile q̄ꝫ illud. Nā aliter potuit fieri vltio de hostib⁹ q̄ꝫ ꝑ stationez solis. potuit eñ fieri in nocte sicut tp̄e gedeonis. de quo Judicū. vij. In hoc aūt inopinabili ⁊ cūctis stupendo negocio necessariū fuit vnū de maximis fieri signis: ⁊ potissimū pro cōuersione ppl'i ⁊ fidei reparatiōe. Achaz eñ pessim⁹ omnem ppl'm induxit ad idolatriā. iiij. Reg. xvj. Ezechias filius eius optim⁹ ppl'm reduxerat in p̄te ad cultū veri dei. Ad auctorizandū igit̄ hanc difficilē reductionē vtile fuit/ imo pernecessariū fieri aliq̄d magnū signū. Cui⁹ dicti verisilitudo accipit̄ a blasphemia rabsacis ⁊ regis assiriorū. s̄. ca. xviij. et .xix. vbi d̄r: Nō vos seducat ezechias: neq̄ fiduciā vobis tribuat sup dñm/ dicēs: Eruēs liberabit nos dñs: ⁊ nō tradet̄ ciuitas in man⁹ regis assiriorū: nolite audire ezechiā ⁊c̄. Ecce nunq̄d in his angustijs ppl's fuit confortandus in fide ezechie ⁊ aliq̄

D maximo signo confirmād⁹ cōtra talē diaboli et instrumēti ei⁹ impulsū? Que oēs difficultates tēpore iosue non erāt. nā ei⁹ ppl's fuit in deserto ꝑ mirabilia signa firmatus: vt patet i fine Deut̄. ⁊ in libro Josue ꝑ totū. etiā ppl's fuit multus/ potēs se defendere ⁊ hostes ipetere de cōi cursu sine notabili signo. h̄ aūt ppl's fuit pauc⁹ a fide auersus ⁊ nouiter in p̄te reduct⁹: et fortissimis hostib⁹ impedit⁹. q̄ oia patēt ex hoc loco q̄rti libri et .xxxij. scd̄i Para. ¶ Scd̄m etiā dictū Bur. ꝙ scz tp̄e Josue ars astronomie nōdū fuit repta est irrōnabile. naz Josephus dicit abraā in egypto docuisse astronomiā: vt patz in correctorio vltimo Geñ. xxiiij. Et scholastica historia habz: ꝙ cham filius noe/ alio vero noīe zoraastres: cū regnaret in thracia iuenit artē magicā ⁊ septē liberales artes scripsit in .xiiij. colūnis: in septē eneis cōtra diluuiū aque. ⁊ septē latericijs/ ꝯtra diluuiū ignis: vna aūt artiū liberaliū scit̄ eē astronomia. Preterea in theorica planetaꝝ dicit̄: Cōpositores tabulaꝝ sup arim dicuntur fuisse nemroth/ hermes/ iconius/ ptoleme⁹/ albategni algorism⁹/ albumasar. Nō igit̄ ptoleme⁹ fuit artis iuētor: q̄ Aris. lōge eo prior fac̄ mētionē de illa arte. q̄ p̄mo metaphi. et .xij. metha. adducit auctores illius sui tp̄is eudoxū/ calippū q̄ scripserūt de motib⁹ planetaꝝ: eclypsis solis ⁊ lune passionibus. vñ ex scriptis p̄moꝝ ꝓculdubio alfontius traxit differētias ⁊ distātias eaꝝ/ additionē ⁊ diminutionē lune ⁊c̄. ꝓut in tabula sua cōtinent̄. Stant igit̄ ⁊ manēt admirationes morte de signo stationis tp̄e iosue: ⁊ retrogradationis tempore ezechie. Sed Burg. ad modū ismael se erigit cōtra oēs/ nulla fretus auctoritate siue scp̄ture fundamēto. Dicit eñ in hoc signo solē nō retrocessisse: nec diē fuisse longiorē: nec breuiorez solito. ⁊ dicit signū illud solū fuisse ad causandā vmbrā in horologio achaz ꝑ iterpositionē corpis opaci: vt inter radiū solis ⁊ planiciem horologij. ⁊ imaginat̄ hic chymerā ⁊ aureos mōtes. Sz ex h̄ mō dicēdi plura ꝯtigūt icōueniētia. Primū q̄ sniē sctōꝝ doctorū sine rōne ꝯire p̄sumit. ⁊ q̄d i postilla declinā te aliq̄n sniam doctoꝝ ex magna rōne valde cōiter redarguit: h̄ h̄ ⁊ alibi ex sola phātastica imagiatiōe facere ñ erubescit. Scd̄m icōueniēs: q̄ Bur. coicidit i p̄fidiā apolliphanis quē redarguit diuin⁹ Diony. auctē apl'i Pauli ep'la sua septima missa Policarpo: vbi sctūs Diony. expresse ponit solē retrocessisse ⁊ diē fuisse triplicatū. ⁊ ꝙ sacerdotes persaꝝ in suis memorialib⁹

Josephus

Cham liberaliū artium inuētor

Tabularum astronōmicarū auctores

Primū inconueniens. Burgeñ.

Secūdū

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
848/D Vol. 2

E memorialib⁹ faciūt recordationē de die triplicato sol᷑:qn̄ istō miraculū fuit factuȝ. vn̄ appet ꝙ sctūs Diony. viderit libros ātiꝗꝝ q̄s Bur. ignorauit. Tertiū icōueniēs:qꝛ beatus Aug. scdo li. de mirabilib⁹ sacrę scpturę ca. iiij. dic̄ illud miraculum vere i sole factū. imo ampli⁹:ꝙ nō mō i sole/ sȝ etiā i luna ꝛ in cęteris lumiarib⁹ cęli. Nā stāte sole sb̄ iosue. stetit ꝛ luna ait: reddēs rōnē. ne inq̄t meat⁹ luminū icōuenient᷑ turbaret᷑: q̄ rō tenet de cęter̄ luminarib⁹ sic̄ de luna. sicq̄ sic̄ steterūt oīa luminaria stāte sole sub iosue:ita ꝛ sub eçechia retrocedente sole cętera lumiaria retrocedebāt. ꝛ ita i cōputis motuū nō potuit fieri error: ꝓut replicat Bur. qꝛ siue stādo siue retrocedēdo/ sp̄ remāsit idē aspect⁹ corpoꝝ cęlestiū iter se:qđ ꝓbat btūs Aug⁹. p cōputū circuloꝝ a pncipio mūdi vsq̄ ad tp̄a ꝛ mortē manichei vbi. s. Quartū iconueniēs: qꝛ Burg. fundat suam imagiationē sup ipossibili:ꝙ videlicet causatio vmbrę i horologio achaç attēdat᷑ penes horas iȩq̄les ꝛ artificiales. Cū em̄ sol moueat᷑ ꝛ ȩq̄l'r ꝛ vniformiter: ꝛ lineę i horologio sint fixę et pmanētes/ sp̄ causabit vmbras sȝ horas ȩq̄les q̄ sūt horę diei naturalis. ꝛ illę cū artificialib⁹ nūq̄ȝ coincidūt:nisi i vtroq̄ pūcto ȩq̄noctialis. alias artificiales horę singl'is dieb⁹ breuiarent᷑ vel lōgarent᷑. iōq̄ nō ē instr̄m imaginabile in q̄ p vmbrā solis recipiant᷑ horę ineq̄les/ nisi mediāte ppēdiculo:qđ cadit nō sȝ motū solis:cū nō sit fixum :sȝ ɓm volūtatem capiētis vmbrā: qꝛ pōt eodē mō cadere nll'a luce sol' existēte i nr̄o hemisperio.

Quintū Quintū incōueniēs. qꝛ Burgē. ɓm modū suū phātasticū ponit mlt'a miracula vbi vnū sufficit:qđ ē ꝯ btm̄ Auḡ. de mirabilib⁹ sacrę scripturę. sola em̄ retrocessio miraculosa corporū suffic̄ ad retrocessionē vmbrę decē lineis. ꝛ etiā oīm alioꝝ ad h̄ ptinētiū. Sȝ ɓȝ Bur. imagiationē oportet separi radiū a sole actualit᷑ causatū: vl' optet illū radiū i horologio achaç dicere n̄ eē a sole/ sȝ a deo special'r creatū: ꝛ nihil hr̄e cōe cū sole/ sȝ separatū ɓm esse ꝛ opari. Itē optet i Burgē. miraculo separe actualit᷑ accidēs a subiecto: qꝛ radiū a radio. nisi fingat᷑ de⁹ ad effectū illi⁹ miraculi creasse lucē singularē factiuā illi⁹ vmbrę cū opaco iterposito. Itē tūc opteret fingere talis luc̄ fictę singularē motū ꝯ motū solis ꝛ alioꝝ sideꝝ: sic̄ in stella ephiphanię. qꝛ sole ꝓcedēte ad occasū cū suis vmbris ꝓ dei cōplemēto illā lucē opteret ꝓcedere ꝟsus oriētē cū suis vmbris ꝓ retrocessiōe. Itē optuisset lucē illā fuisse sole clariorē ad offuscāduȝ sol' lucē: ꝛ p ꝯn̄s vmbrā a sole causatā. sic̄ orto sole cessat luna causare vmbrā. al's em̄ visū fuisset i horologio vmbra ꝓcedēs sol᷑: ꝛ vmbra retrocedēs illi⁹ fabricatę luc̄. qđ poti⁹ fuisset ꝓdigiū q̄ȝ miraculū. Itē oportuisset hāc lucē redire in p̄iacētez materiā misterio illi⁹ miraculi cōpleto: ꝛ habuisset h̄ miraculū aliq̄đ sil'e cū euāgelico miraculo cū epiphanię. q̄ et alia sūt absurda ꝛ ad hmōi miraculū nō ptinētia: sȝ abijciēda tāq̄ȝ sine rōne dicta: Nec valet ratio mouēs Bur. q̄si statio ꝛ retrogradatio sol' sūmū gradū teneat i miraculis. et ad h̄ allegat sctm̄ Tho. qꝛ sic dicere est ꝯdicere btō Auḡ. pmo de trini. ca. vj. vbi dic̄ maximū miraculū suscitare mortuū. Nec iuuat imaginationē suā qđ allegat ex lr̄a: ꝙ fit tm̄ mentio de retrocessione vmbrę/ nō sol᷑. qꝛ etiā dꝛ de sole Esa. xxxviij. ꝙ retrocessio facta sit i sole ꝛ seq̄t᷑: Reuersus ē sol decē lineis: sȝ Bur. volēs euadere manifestū textū/ dic̄ i scriptura sępe dici de sole qđ ō corpore solis nō verificat᷑/ sȝ tm̄ de radijs. allegat ad h̄ Ionę. iiij. Percussit sol caput Ionę. Sȝ extranea ē ista euasio ꝛ ꝯ rōnē. cū em̄ sol sit causa effectiua radioꝝ: q̄cq̄d igit᷑ veꝝ ē dicere radiū sol' fecisse/ verū ē ꝛ solē fecisse: qꝛ i illo genere causę q̄cq̄d ē cā causę/ ē cā causati. Et vulgo dꝛ: qđ q̄s p se fec̄/ p se fecisse videt᷑. Si igit᷑ p ꝯtactū radioꝝ caput ionę pcussū dꝛ: veꝝ ē etiā ꝓp̄e solē caput ei⁹ pcussisse: nisi velit Burg. ponere radiū separatū a sole sp̄āli miraculo: qđ sup̄ iprobatū est. Reliq̄ q̄ Bur. somniat modicū sūt ad expositionē lr̄ę valētia. Nec valet qđ addit: ꝙ signū illud dabat᷑ ꝓpter eçechiā ꝛ ei⁹ sanationē: qꝛ dicit dn̄s de⁹/ vt ptȝ in lr̄a/ ꝙ fecit ꝓpter bonitatē suā: et ꝓpter dauid seruū ei⁹. Et sic finiunt᷑ replicę libroꝝ regū ꝛc̄.

## Glo. ordi.

Ca. XXI

Dormiuitq̄. in Paralipo. dꝛ ꝙ sepult⁹ ē eçechias sup sepulchra regū: qꝛ ei⁹ sepulchꝝ ē excelsi⁹ fabricatū cā pietat̄ q̄ coluit deū. b Duo. an. e. m. Ra. Cui⁹ tp̄e esaias (vt tradūt hebręi) lignea serra p mediū serratus ē: qꝛ pncipes sodomoꝝ appellauit eos: ꝯtētes ei i crimē qđ dixerat: Vidi dn̄m sedētē sup soliū excelsū. deo dicēte: Nō vide. me hō ꝛ vi. Ra. Manasses ad idola se ꝯūtit ꝛ abomiationes. Locuto d̄o vl' dn̄o ad eū attēdere noluit: iō vict⁹ duct⁹ ē i babylonē. Qui coāgustat⁹ orauit dn̄ȝ i tēte ꝛ egit pniam valde: ꝛ exaudita ē oro ei⁹: reduxitq̄ eū i regnū suū: et cog̊uit manasses ꝙ dn̄s ip̄e ē deus. Ergo p⁹ cōmissa scelera null⁹ d̄ dī miscdia dspet: sed mag̅ p pniaȝ spē venię habeat Iosiam.

2. Para. 33. a; Esa. 1. c; Ibi. 6. a.; Exo. 33. d; 2. Pa. 33. c

Ca. XXI.

Dormiuitq̄ eçechias cū prib⁹ suis: ꝛ regnauit manasses fili⁹ ei⁹ ꝓ eo. Duodeci annoꝝ erat manasses cuȝ regnare cępisset: ꝛ q̄nq̄gintaq̄nq̄ annis regnauit in hierusalē. Nomē mr̄is ei⁹ aphsiba. Fecitq̄ malū in cōspectu dn̄i/ iuxta idola gētiū: quas deleuit dn̄s a facie filiorum isrl'. Cōuersusq̄ est: ꝛ ędificauit excelsa q̄ dissipauerat eçechias pr̄ ei⁹: ꝛ erexit aras baal: et fecit lucos sicut fecerat achab rex israel: ꝛ adorauit oēm militiā cęli ꝛ coluit eā. Extruxitq̄ aras in domo dn̄i: de q̄ dixit dn̄s: in hierusalē ponā nomē meū: et extruxit altaria vniuersę militię cęli/ in duobus atrijs † dom⁹ dn̄i. Et traduxit filiū suū p ignē: ꝛ hariolatus ē: ꝛ obseruabat auguria: ꝛ fecit phythones: ꝛ haruspices mlt'iplicauit: vt faceret malū coram dn̄o ꝛ irritaret eū. Posuit q̄ȝ idolū luci quē fecerat in tēplo dn̄i: sup q̊ locutus est dn̄s ad dauid ꝛ ad salomonē filuȝ eius: In tēplo hoc ꝛ i hierusalē/ quā elegi de cūct̄ tribub⁹ isrl': ponā nomē meū i sempiternū: ꝛ vltra nō faciā cōmoueri pedē isrl' de terra quā dedi prib⁹ eoruȝ: si tm̄ custodierint ope oīa q̄ p̄cępi eis/ ꝛ vniuersā legē quā mādauit eis ɓu⁹ me⁹ moyses. Illi ꝟo nō audierūt: sed seducti sūt a manasse: vt facerēt malū sup gētes q̄s ꝯtriuit dn̄s a facie filioꝝ isrl'. Locutusq̄ est dn̄s i manu ɓuoꝝ suoꝝ ꝓphetaꝝ/ dicēs: † Quia fecit manasses rex iuda abominationes istas pessimas/ sup oīa q̄ fecerūt amorręi añ eū: et peccare fecit etiā iudā in imundicijs suis: propterea hęc dicit dn̄s de⁹ isrl': Ecce ego inducaȝ mala sup hierusalē ꝛ iudam: vt quicunq̄ audierit tinniant ambę aures eius. Et extēdam sup hierl'm funiculum

## Nico. de lyra

Ca. XXI.

Dormiuitq̄ ꝛc̄. Hic ꝯn̄r ondit᷑ q̄d factū sub manasse rege iuda. cui⁹ pmo describit᷑ ꝯūsatio ifidel'. scdo ꝯ eū cōmiatio ꝓphal'/ ibi: Locutusq̄ ē dn̄s. tr̄io cōminātiuȝ occisio crudel'/ ibi: Insup ꝛ sāguinē. q̄rto mors manassę ꝛ sb̄stitutio ꝯsil'is/ ibi: Reliq̄ āt ser. ma. Circa pmū dꝛ: c Fec. m. declinās ad oēȝ modū idolatrādi: vt ꝯn̄r ponit᷑ i lr̄a. d Et a. o. m. cę. Solē/ lunā/ iouem ꝛ alios planetas. e Extru. aras ꝛc̄. Qđ fuit magn⁹ ꝯtēpt⁹. s. exercere idolatriā loco cult⁹ diuini. f Et tr. fi. s. p ig. mod⁹ huius traductiōis exposit⁹ ē. s. xvj. c. de achaç. g Et hari. ē. i. exercuit diuinationē q̄ fit i ar̄. sup q̄s imolat᷑ demōib⁹. h Et fe. phy. Qualit᷑ sit h̄ itelligēdū/ dictuȝ fuit. s. j. li. xxviij. ca. h Et haru. Hi sūt q̄ i ext̄ aīaliū imolatoꝝ demōib⁹ diuināt. Cętera patēt vsq̄ ibi: i Sȝ se. st a m. ꝛc̄. Ex q̊ ptȝ malicia ipi⁹ manasse extēsiue: qꝛ pp̄l'm fecit errare. ꝛ itēsiue ex pctōꝝ g̃uitate. k Locutus. ꝛc̄. ꝓphal: qꝛ Hic ꝯn̄r ponit᷑ cōminatio ꝓphal: qꝛ dn̄s volens pp̄l'm reuocare: mittebat freq̄nt᷑ ꝓphās ad arguēdū pctā p̄teri ta. ꝛ cōminādū pęnas futuras: vt siste ... pcti pudore vel pęnę timore desisterent a pctis. ꝛ patet littera vsq̄ ibi: l Et quicūq̄ au. ti. ꝛc̄. p̄ stupore ꝛ admiratiōe magnitudīs mali futuri. m Et extē. su. per hierl'm futuri. in eadē mēsurā ꝛ eodeȝ pōdere puniā regnū iuda/ in quo puniui regnū hierl'm fu. i. in eadē mēsurā ꝛ eodeȝ

Moraliter. b Duode. ānoꝝ erat ma. cū re. cępis. ꝛc̄. Reg̅ huius historia ponit᷑. ij. Para. xxxiij. magis cōplete: ꝓp̄t qđ ibi ponet᷑ sensus ei⁹ mysticus dn̄o concedente.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
B48/D Vol. 2

a ¶ Josiam. Rabanꝰ. Josias omnem spurciciam idolorū emēdauit: et se in dei cultu strenue exercuit: sicut de illo ante lōge predictum est per pphetam. 3. Reg. 13. c

☞ In secūda

## Nico.de lyra

✱ niui regnū israel: de qua punitione dictum fuit. s. ca. xvij. et xviij. a ¶ Et delebo hierusalē sic̄ de. solent tabule. In quibꝰ nihil apparet de his q̄ fuerant ibi scripta. sic nabuçardan deleuit hierusalem incendendo domū dn̄i et domū regis/ et domos hierlm p circūituz: vt hr̄. j. xxv. b ¶ Et ducā crebrius stilum sup fa. eius. loquitur ad similitudinem illius q̄ pfecte delet tabulas: quia pluries ducit stilum sup ceram ad totuz cōplanandū. sic rex babylonis pluries spoliauit et captiuauit populū hierusalē. s. tpe ioachim: ⁊ tpe sedechie: vt habet. j. xxiiij. et xxv. caplo. c ¶ Eo ꝙ fecerint malum coraz me ⁊ perseuerauerint irritātes me ⁊c. qr licet humanum sit peccare: diabolicū tn̄ est in pctō perseuerare. d ¶ Insup et sanguinē innoxiū. Hic consequenter describitur cōminantiū occisio crudelis: qr manasses non solum pphetas dn̄i ad se missos non audiuit: sed etiā crudeliter occidit: ⁊ in magna multitudine. ad qd̄ designandū subditur: e ¶ Donec impleretur hierlm vsq3 ad os. i. quātū potuit facere. sicut vas dicit plenuz vsq3 ad os quādo nō pōt vltra capere. iter istos occisos fuit esaias propheta: q̄ dicitur fuisse auunculus ipsius manasse ex parte matris. et ppter hoc ꝙ erat nobilis genere/ nō fuit ausus eum ita de facili interficere sicut alios: sed quesiuit occasionez de lege. vt habet in quodam libro hebraico/ q̄ dicitur iehamoth/ dicēs: Tu dixisti: Vidi dominum sedentem super solium excelsum ⁊c. vt habetur Esa. vj. a. et ideo tu dicis cōtra moysen ⁊ contra dominū dicentem moysi: Non videbit me homo ⁊ viuet. Exo. xxxiij. d. ⁊ sic iudicauit eum ad mortē. Et cum propheta oraret dominū: aperuit quandam cedrum/ ⁊ ibi inclusit prophetam. manasses autem viso miraculo nō fuit retractus a crudelitate: sed cuz cedro fecit eum secari cum serra ferrea. Expositores autem nostri dicūt cōmuniter: ꝙ fuit serratus serra lignea ad diuturniorem afflictionem. ⁊ cum ppheta peteret aquā sibi dari: et negaretur: dominus de excelso misit aquaz in os eiꝰ. ⁊ inde locus ille iuxta quē serrabatur dictus est/ siloe: qd̄ significat missionem. tamen in fine iste manasses penituit: vt habetur. ij. Para. vlti. ca. f ¶ Reliqua autem. Hic consequenter describitur mors ipsius manasse: et filij eiꝰ

Serratio esa. prophete

samarie et pondus domꝰ achab: ⁊ delebo a hierlm sicut deleri solent tabule. Delens vertā/ ⁊ ducā crebriꝰ stilū sup faciē eiꝰ. Di b mittā vero reliq̄as hereditatis mee: ⁊ tradā eas in manꝰ inimicorū eiꝰ: erūtq3 in vastitate ⁊ in rapinā cūctꝭ aduersarijs suis: eo ꝙ fecerint malū corā me/ et pseuerauerint c irritātes me ex die qua egressi sunt patres eorū ex egypto vsq3 ad diē hāc. Insup d ⁊ sanguinē innoxium fudit manasses multū nimis/ donec impleret hierlm vsq3 e ad os: absq3 pctis suis quibus peccare fecit iudā vt faceret malū corā dn̄o. Reliqua f aūt sermonū manasse ⁊ vniuersa que fecit ⁊ pctm̄ eiꝰ qd̄ peccauit: nōne hec scripta sunt in libro sermonū dierum regū iuda: Dormiuitq3 manasses cum patribus suis: ⁊ sepultꝰ est in horto domꝰ sue: in horto oçam: ⁊ regnauit amon filiꝰ eius p eo.

¶ idolatra.

Viginti duorū annorū erat amon cū regnare cepisset: duobꝰ q3 annis regnauit i hierusalē. Nomē matris eiꝰ/ messalemech/ filia arus de ietheba. Fecitq3 malū in cōspectu dn̄i/ sicut fecerat manasses pr̄ eius: et ambulauit in oī via p quaz ambulauerat pater eiꝰ: Seruiuitq3 imūdicijs/ quibꝰ seruierat g pater eiꝰ: et adorauit eas: et dereliquit dn̄m deū patrū suorū: ⁊ non ambulauit i via dn̄i. Tetenderūtq3 ei insidias serui sui: ⁊ iterfecerūt regē in domo sua. Percussit aūt ppl's terre oēs q̄ cōiurauerant cō-

a ¶ iosias interpretatur/ cuius est sacrificium dn̄o: vel salus dn̄i: vel fortitudo domini.

a regem amon: et cōstituerūt sibi regē iosiam filiū eiꝰ p eo. Reliq̄ autē sermonū amon q̄ fecit: nonne hec scripta sunt in libro sermonū dierū regū iuda: Sepelierūtq3 euz in sepulchro suo i horto oçam: ⁊ regnauit iosias filius eius pro eo. Ca. XXII

Octo annorū erat iosias cū re b gnare cepisset: ⁊ trigitauno anno regnauit i hierlm. Nomē matrꝭ eius/ idida filia phadaia d beseccat. Fecitq3 qd̄ placitū erat co i ram dn̄o: et ambulauit p oēs vias dauid k patris sui: nō declinauit ad dexteram siue ad sinistrā. Anno autē octauodecimo re l gis iosie/ misit rex saphan filiuz aspha filij mesulam scribam tēpli domini/ dicens ei: Vade ad helchiam sacerdotē magnum/ vt confletur pecunia que illata est in tem m plum dn̄i: ⁊ quā collegerūt ianitores templi a populo: deturq3 fabris per preposi n tos domus domini: Qui et distribuant eam his qui operantur in templo domini ad instaurāda sartatecta tēpli domini: o p

et filij eius substitutio: scilicz amon: q̄ fuit imitator paterne malicie: vt dicitur in littera. et patet vsq3 ibi: g ¶ Seruiuitq3 imundicijs. i. idolis. que vocant imundicie apud hebreos: ppter quod ignominiose mortuus est: et a seruis suis interfectus in domo sua. Ca. XXII

Octo annorum. Hic cōsequenter describitur q̄d factum sit sub iosia rege. et primo ostenditur qualiter sancte vixit. Secundo qualiter subiectos sibi ad hoc induxit. xxiij. ca. Primū autem ostenditur primo ex studiosa reparatione templi. secundo ex formidatione diuini iudicij/ ibi: Narrauit quoq3. tertio ex deuota requisitione diuini cōsilij/ ibi: Et precepit. Circa primum dicitur: k ¶ Et ambulauit per oēs vias dauid. scz q̄tuz ad bonū/ nō q̄tum ad malum: vtpote in facto vrie ethei ⁊ consimilibus. m ¶ Vt cōfletur pecunia que illata est in templū ⁊c. col. iani. tēpli a populo. offerēte eam ex deuotione p habendis necessarijs in templo. n ¶ Deturq3 fabris. Dicuntur autē fabri generaliter artifices non solum in ferro et alijs metallis: sed etiā i lapidibus ⁊ lignis. o ¶ Ad instauranda: id est reparanda. p ¶ Sartatecta. id est tecta que defendunt parietes a pluuijs et intemperie aeris ne corrumpant. ⁊ dicuntur a sartio sartis: ⁊ tectū tecti.

✱ Tignarijs

Moraliter. b ¶ Octo annorū erat iosias cum regnare cepisset ⁊c. Iste qui sancte vixit ⁊ valde iuuenis regnare cepit beati Ludouici regis Francie videtur typum tenuisse: qui sanctissime vixit et coronaz regni Francie valde iuuenis suscepit. i ¶ Fecitq3 qd̄ placitum erat coram domino. scilicz viuendo sancte et regnando iuste. k ¶ Et ambulauit per omnes vias dauid patris sui: id est christi/ cuiꝰ figura fuit dauid: vt frequenter superius est expressum. Beatus enim Ludouicus vt christuz per viam paupertatis/ castitatis ⁊ obedientie sequi posset: religionem ingredi voluit: et fecisset/ si domina regina coniunx sua consentire voluisset: vt scribitur in legenda ipsius. Ipse etiam attendens christi verbū Mat. xvj. d. Si quis vult post me venire/ abneget semetipsum: et tollat crucē suam et sequatur me. Bis crucem accepit: et bis transfretauit/ ⁊ in terra sancta vitam finiuit. l ¶ Anno autem octauodecimo. regis iosie ⁊c. Tunc enim incepit intendere reparationi templi. Et beatꝰ Ludouicus multas ecclesias ruinosas fecit reparari: et alias plures de nouo construi: et multa loca religiosa tam virorum q3 mulierū ad augmētationem diuini cultus fecit edificari: multas etiam domus dei ad subleuationem pauperum qui sunt mēbra christi construxit: et bonis temporalibus dotauit: et in his et consimilibꝰ tot ⁊ tanta fecit/ ꝙ si hoies tacerent lapides clamare deberent.

Moralit. D

†2. Pa. 34. a



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
848/D Vol. 2

E G a ¶ In secūda. In paralipome. legit de ezechia / q edificauit oem murū q fuerat dissipatus: & forinsecus alterū murū. vn̄ sophonias: Ululat a secūda. Prophetissa q habitauit i secūda: id est in secūdi muri parte.

2. Para. 32. a
Soph. 2. c

G Cōtamina

n ¶ Fierēt in stuporē. ppter nimiā destructionē. o ¶ Et in maledictū: id est in exemplū maledictionis. ita q quādo aliqs malediceret alicui / dicet: sic fiet tibi sicut habitatoribus hierusalē. p ¶ Et colligeris ad sepulchrū tuū in pace. Sed ꝯtra hoc videt: q iosias fuit vulneratus cum iret ꝯtra regē egypti & mortuus: vt hr ca. sequēti. Dicēdū q ista collectio pacifica intelligit quātū ad hoc / q destructio ciuitatis & tēpli nō accideret i diebus suis. & hoc notat cū dr: q ¶ Ut non vi. o. tui oia ma. &c. sapientes em̄ reputauerūt maius malū videre destructiones sue religiōis & ppli q̄ mori. vn̄ dr. j. Mach. iij. g. Melius ē nob mori i ꝓlio / q̄ videre mala gentis nr̄e & sctōꝝ. Dic etiā iosephus li. d iudaico bello: q titus q̄uis eēt gētilis / i destructiōe hierusalē cum tēplū arderet & sacerdotes fatigati ex siti & labore ppter incendiū ppinquū se redderēt ei: petētes sibi vitā donari: iussit eos occidi: dicēs eos esse degeneris animi / q templo & numini cuperēt superuiuere. Pōt etiā alit exponi: Colligeris ad sepulchrū t. i. pa. s. ad pr̄es sctōs in lymbo. q sūt in pace: eo q sūt securi d sua futura btitudie. Josias em̄ vt ptz ex p̄dictis fuit sctūs: & iō p̄ciosa in cōspectu dn̄i fuit mors ipsius: sm̄ q dr psal. cxv. a. Preciosa in conspectu dn̄i mors sanctorum eius.

## Nico. de lyra

a ¶ Tignarijs. id ē carpentarijs qui faciunt tigna. b ¶ Et cemētarijs. qui cōponūt lapides in muro et liniūt parietes. c ¶ Nō supputet eis argentū. i. nō exigat ab eis ratio: sz eoꝝ fidelitati cōmittat. d ¶ Librū legis repperi in do. dn̄i. dicit Ra. Sal. q cū achaz q̄reret libros legis dn̄i ad cōburendū / iste fuit abscōditus in muro templi: & sic cum repararent muri fuit inuētus. e ¶ Cōflauerūt serui tui pecuniā. i. expēderūt eā in reparatione tēpli vt iussisti. f ¶ Narrauit q̄z. Hic consequēter ostēdit sctitas iosie ex formidine diuini iudicij: q cū audiret legi corā se maledictiones scriptas in Deut. sup trāsgressores legis: & sciret patrē suū / et plures alios cū pplo fuisse transgressos legē multiplicit: h ¶ Scidit vestimēta sua. in signū tristicie ppt offensas p̄teritas et penas futuras: & ptz littera. i ¶ Et p̄cepit. Hic ꝯn̄r ostēditur sctitas iosie ex reqsitione diuini cōsilij / cū dr: Ite & cōsulite dn̄m. et sequit postea: k ¶ Ierūt it. hel. &c. Querit hic quare nō iuerūt ad hieremiā pphetā q tunc erat: vt ptz Hiere. j. Ad qd dicunt expositores nr̄i cōiter q hoc fuit: q adhuc erat nimis iuuenis: nec habebat in auctē. Sz hoc nō videt verū. q hieremias cepit pphetare decimotertio āno regni iosie. vt hr Hiere. j. & iosias p̄cepit reparari tēplū decimooctauo anno regni sui: & tunc fuit iste liber repertus. ex q ptz q hieremias iā p qnq̄ ānos ad minus pphetauerat: & p cōsequens in auctē erat. ppt qd Rab. Sa. aliter respōdit sm̄ duas opiniones hebreoꝝ. Una est q iosias q̄rebat ꝯsiliū pietatis & misēdie diuine: & iō iuerūt ad mulierē pphetē: q mulieres magis solent eē misericordes q̄ viri. Alia est: q hieremias iuerat ad cōmonendū decē tribus p̄bo: ne obliuiscerent dn̄m i terra captiuitatis eoꝝ: vel illos q remanserūt: q nō fuerūt ita generaliter captiuati p salmanasar qn remāserint aliq q fugiēdo se abscōderāt / sic monuit scripto illos q postea fuerūt trāsmigrati in babylonē. vt hr Hie. xxix. l ¶ Que habitabat in hierl'm in secūda. scz māsione: q hierl'm erat clausa triplici muro. sicut dictū fuit. s. iij. li. ca. iij. & sic erāt ibi tres hitatiōes: & in secūda manebāt pphete & nobiles: vt dictū fuit ibidē. Cetera patēt vsq ibi: m ¶ Et succendetur indignatio mea in loco hoc & nō extin. i. pena a me diffinita nō retractabitur. & ad litterā ciuitas hierusalem fuit succensa per chaldeos: vt habetur infra. xxv. caplo.

tignarijs videlicet et cemētarijs: & his q interrupta cōponūt: & vt emant ligna & lapides de lapidicinis ad instaurandū tēplū dn̄i. Uerūtamē nō supputet eis argentū qd accipiūt: sed in ptāte habeant & in fide. Dixit aūt helchias pontifex ad saphan scribā: librū legis repperi in domo dn̄i. Deditq helchias volumen saphan scribe: q & legit illud. Uenit q̄z saphan scriba ad regē: & renūciauit ei qd p̄ceperat / et ait: Cōflauerūt serui tui pecuniā q repta est in domo dn̄i: & dederūt vt distribuerent fabris ac p̄fectis operū tēpli dn̄i. Narrauit q̄z saphan scriba regi dicēs: Librū legis dedit mihi helchias sacerdos. Quē cū legisset saphan corā rege: & audisset rex vba libri legis dn̄i: scidit vestimēta sua / & p̄cepit helchie sacer-

a ¶ al's aiham.

doti: et aichā filio saphan: & achobor filio micha: et saphan scribe: & aasie seruo regis dicēs: Ite & cōsulite dn̄m sup me & sup pplo & sup omni iuda de verbis voluminis istius qd inuentū est: Magna enim ira dn̄i succēsa est contra nos: q non audierunt patres nostri verba libri huius vt facerēt omne quod scriptū est nobis. Ierunt itaq helchias sacerdos & aichā & achobor & saphan & asaia ad oldam pphetēn vxorē sellū filij thecue filij aras custodis vestium: que habitabat in hierusalē in secūda. Locutiq sunt ad eā. Et illa r̄ndit eis: Hec dicit dn̄s deus isrl': Dicite viro q misit vos ad me. Hec dicit dn̄s: Ecce ego adducā mala sup locū hunc / & super habitatores eius oia verba legis q legit rex iuda: q dereliq̄rūt me: & sacrificauerunt dijs alienis irritātes me in cūctis opibus manuū suarū. Et succendet indignatio mea in loco hoc: & nō extinguet. Regi autē iuda q misit vos vt ꝯsuleretis dn̄m / sic dicetis: Hec dicit dn̄s deus isrl': Pro eo q audisti verba voluminis & perterritū est cor tuum: et hūiliatus es coram dn̄o: auditis sermonibus cōtra locū istum / & habitatores eius: q videlicet fierēt in stuporē & in maledictū & scidisti vestimenta tua: & fleuisti corā me: & ego audiui te ait dn̄s: Idcirco colligā te ad patres tuos: & colligeris ad sepulchrum tuum in pace: vt nō videant oculi tui oia mala que introducturus suz super locum istum.

Ca. XXIIII

Et renunciauerunt regi quod dixerat. Qui misit & congregati sunt ad eū oēs senes iuda et hierusalem. Ascenditq

Fierent in stu

g ¶ Librū le. de. mihi helchias sa. Quē cū legis. sa. &c. In illo libro erāt scripte maledictiones inducende a dn̄o sup legis trāsgressores. & ad eius auditū territus fuit iosias: attendēs pctā regū p̄cedentiū & etiā subditoꝝ: ppt qd sup h ꝯsuluit ꝯsiliū bonoꝝ. Et sic similit sctūs ludouicus rex audiēs sermōes de suoꝝ subditoꝝ trāsgressiōibus & etiā de suis: licz mime eēnt / valde dolebat: et a viris bōis & prudentibus q̄rebat ꝯsiliū emēdatiōis: et p se & alios executiōi diligent dabat.

Et re Ca. XXIIII

Et nūciaue. re. &c. Ostēso q̄liter iosias sctē vixit: hic ꝯn̄ter ostēdit quō studiose ad hoc pplm induxit. Circa qd p̄mo describit eius operatio laudabilis. scdo occisio lamētabilis / ibi: In diebus eius. tertio substitutio plis dissimilis / ibi: Tulitq ppls terre. Primū ostendit ex tribus. s. ex federis cum deo renouatione. scdo ex idolatrie destructiōe / ibi: Et p̄cepit rex. tertio ex phase celebratione / ibi: Reuersus est hierl'm. Circa primum dicit: r ¶ Et renunciauerunt regi &c. scz verba prophetisse. s ¶ Qui misit & cōgregati sunt &c. vt cōfederaret populum dn̄o * prophetissa.

Moraliter. r ¶ Et renūci. regi quid dix. scz pphetissa. s ¶ Qui misit & congregati sunt &c. s. ad ordinandū de * correctione

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
848/D Vol. 2

A B a ¶ Cōtaminauit. Rab. Josias tophet vl' ossa mortuoꝝ ibi sicut in sequētibus locis fecisse legit': vel alia q̄libet immūda disp̄gēs: q̄tin⁹ abominationi poti⁹ q̄ delectationi apt⁹ oib⁹ q̄ aspirarēt loc⁹ appareret. b ¶ In cōualle filij ennō. Ra. Uallis ennō est iuxta murū hierl'm ꝯ orientē: in q̄ nem⁹ pulcherrimū siloe fōtib⁹ irrigat'. Taphet siue tophet erat loc⁹ in eadē cōualle iuxta agrū acheldemach ad austrū sion. In tophet/ q2 loc⁹ erat amęnissim⁹: vñ hodie hortoꝝ p̄bet delitias/ solebāt sacrificare demonib⁹. Uallis ennō dr̄ hebraice gehennon: vñ dñs iesus gehēnā cognominauit: q2 sic̄ in cōualle ennon q̄ idolis seruierūt i ea perierūt: ita peccatores ex p̄ctis dānabunt'. Uñ in hieremia: Nō vocabit' locus iste amplius tophet: s3 vallis occisiōis: et dissipabo cōsiliū iudę ⁊ hierl'm in loco isto: ⁊ subuertā eos gladio. Esaias tophet infernū appellat dicēs: Pręparata ē ab heri tophet, p̄funda ⁊ dilatata. Pulchre ait dilatata: quia tophet dicitur latitudo. c ¶ Abstulit q̄3. Ra. Judei sup̄stitionib⁹ gētiū se mācipauerāt: q̄ inter cętera solēt pingere vel facere simulacrū solis vt puerū imberbē: q2 nullū p̄ sęcula seniū incidit: q̄tidie nouo ortu nat⁹. Cui currus et eq̄s tribuūt: quia curru igneo ⁊ eq̄s igneis helias rapt⁹ ē ad cęlum: q̄d inter alia in pariete depictū vident. ⁊ vicinia nominis decipiunt': helios em̄ gręce sol dicitur.

Luc. 12. a — Hie. 19. b — Esa. 30. g — 4. Re. 2. b

## Ni. de lyra

cidiū de vase similasti abūdātiā eoꝝ. Et nūc dn̄e ec
ce istę gētes q̄ ī nihilū deputatę sūt: cępert̄ dn̄ari nr̄i
et deuorare: nos aūt ppl's tuꝰ quē vocasti p̄mogeni
tū vnigenitū: ęmulatorē tuū: traditi sumꝰ ī manibꝰ
eoꝝ. Et si ꝓpt nos creatū ē seculū: q̄re nō hereditatē
possidemꝰ cū seculo? Usq̄ quo hęc?

Ca. VII

ET factū ē cū finissem loqui verba hęc:
missus ē ad me angelꝰ/ q̄ missus fuerat
ad me p̄mis noctibꝰ ⁊ dixit ad me: Sur
ge esdra: et audi sermōes quos veni lo
q̄ ad te. Et dixi: Loquere deꝰ meꝰ. Et
dixit ad me: Mare positū est in spacioso loco vt esset
altū et imēsuz: erit aūt ei itroitꝰ in angusto loco posi
tus: vt esset sil'is fluminibꝰ. Quis em̄ volēs volue/
rit ingredi mare et videre eū vl' dn̄ari eiꝰ: si nō trāsie
rit āgustū: ī latitudinē venire quō poterit? Itē aliud:
Ciuitas est ędificata et posita in loco cāpestri: ē au/
tem plena oīm bonoꝝ. Introitꝰ eiꝰ angustꝰ et in p̄ci
piti positꝰ: vt eēt a dextris q̄dē ignis: a sinistris aqua
alta: semita aūt est vna sola inter eos posita: hoc est
inter ignē et aquā: vt nō capiat semita nisi solūmo/
do vestigiū hoīs. Si aūt dabit̄ ciuitas homi in hęre
ditatē: si nunq̄ antepositū piculū ptransierit quō ac
cipiat hereditatē suaz? Et dixi: Sic dn̄e. Et dixit ad
me: Sic ē et isrl' ps. Propter eos em̄ feci seculū: et qn̄
trāsgressus ē adā ꝯstitutiōes meas: iudicatū est qd
factū est. Et facti sunt introitꝰ huiꝰ seculi angusti et
dolētes et laboriosi: pauci aūt et mali et piculorum
pleni: ⁊ labore† magno pe fulti: nā maioris seculi in/
troitꝰ spaciosi et securi: et faciētes immortalitatis fru
ctū. Si ergo ingrediētes nō fuerūt ingressi q̄ viuunt
angusta et vana hęc: nō poterūt recipe q̄ sūt reposi/
ta. Nūc ergo tu q̄re ꝯturbaris cū sis corruptibilis: ⁊ q̄d
moueris tu cū sis mortal's? Et q̄re nō accepisti in cor
de tuo qd ē futuꝝ: s; qd in p̄senti? Rn̄di et dixi: Dn̄a
tor dn̄e: ecce disposuisti lege tua: qm̄ iusti hęredita/
būt hęc: Impij aūt pibūt: iusti āt ferēt angusta: spe/
rātes spaciosa. Qui em̄ ipie gesserūt: et angusta pas
si sūt: et spaciosa nō videbūt. Et dixit ad me: Non ē
iudex sup deū: neq̄ intelligēs sup altissimū. Pereūt
em̄ m'ti p̄sentes: q̄r negligit̄ quę añposita ē dei lex.
Mādās em̄ mādauit deus veniētibꝰ: qn̄ venerūt q̄d
faciētes viuerēt: et q̄d obseruantes nō punirent̄. Hi
autē nō sūt psuasi/ et ꝯtradixerūt ei: et ꝯstituerūt si/
bi cogitamē vanitatis: et ꝓposuerūt sibi circūuētio
nes delictoꝝ: et supdixerūt altissimo nō esse: et vias
eiꝰ nō cognouerūt: et legē eiꝰ spreuerūt: et spōsiones
eiꝰ abnegauerūt: et in legitimis eiꝰ fidem nō habue/
runt: et opera eius non perfecerunt. Propter hoc es/
dra vacua vacuis: et plena plenis. Ecce tempus ve
niet: et erit qn̄ veniēt signa quę p̄dixi tibi. Et appa/

G

H

al's magna opere

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
848/D Vol. 2

A rebit sponsa:et apparescēs ostendet que nūc subducitur terra:et oīs qui liberat⁹ est de predictis malis:ipe videbit mirabilia mea. Reuelabit eñ filius meus iesus cum his qui cū eo sunt:et iocundabunt qui relicti sunt in annis quadringentis. Et erit post annos hos et morietur fili⁹ meus christus. Et oēs q̄ spiramentū habēt homines: et cōuertetur seculum in antiquū silentiū diebus septem sicut in priorib⁹ iudiciis:ita vt nemo derelinquat:et erit post dies septem:et excitabit quod nōdū vigilat seculū: et morietur corruptū. Et terra reddet qui in ea dormiūt: et puluis q̄ i eo silētio habitāt:⁊ ꝓmptuaria reddēt que eis cōmendate sunt anime. Et reuelabit altissimus sup sedem iudicii:et pertransibūt miserie:et lōganimitas cōgregabit. Judiciū aūt solum remanebit: veritas stabit:et fides cōualescet:Et opus subsequetur:et merces ostendetur:et iusticie vigilabūt: et iiusticie nō dominabunt. Et dixi: Prim⁹ abraam propter sodomitas orauit: et moyses pro patrib⁹ q̄ in deserto peccauerūt:et qui post eū pro israel in diebus achaz et samuelis et dauid ꝓ cōfractione:et salomō ꝓ eis qui venerūt in sanctificationē:et helias pro his q̄ pluuiā acceperūt:et ꝓ mortuo vt viueret: et ezechias ꝓ populo in dieb⁹ sennacherib/et multi ꝓ multis. Si ergo modo quādo corruptibile increuit:et iniusticia multiplicata est: et orauerūt iusti ꝓ impiis:quare et nūc sic nō erit? Et respondit ad me/ et dixit: Presens seculū nō est finis:gloria in eo frequens manet: ꝓpter hoc orauerūt pro iualidis. Dies eñ iudicii erit finis tēporis hui⁹:et initiū temporis futuri imortalitatis:in quo pertrāsiuit corruptela:soluta est intēperātia:abscisa est incredulitas: creuit autē iusticia:orta est veritas. Tunc enim nemo poterit saluare euz qui periit:neq̄ demergere qui vi-

B cit. Et respondi et dixi: Hic sermo me⁹ primus et nouissimus:qm̄ melius erat nō dare terrā adam: vl̄ cū iam dedisset coercere eum vt non peccaret. Quid ei prodest hominibus in ꝓsenti viuere in tristicia:et mortuos sperare punitionē? O tu quid fecisti adam? Si enim tu peccasti non est factus solius tuus casus: sz et noster q̄ ex te aduenimus. Quid ei prodest nobis si promissum est nobis immortale tēpus:nos autez mortalia opera egim⁹? Et qm̄ predicta ē nobis perennis spes:nos vero pessimi vani facti sum⁹. Et qm̄ reposita sunt nobis habitacula sanitatis et securitatis:nos vero mali cōuersati sum⁹. Et quoniā reposita est gloria altissimi ꝓtegere eos qui tarde cōuersati sunt:nos autē pessimis viis ambulauim⁹. Et qm̄ ostendetur paradisus cui⁹ fruct⁹ incorrupt⁹ ꝑseuerat in quo est securitas et medela:nos vero nō ingrediemur. In ingratis eñ locis cōuersati sum⁹:et quoniā sup stellas fulgebunt facies eoꝝ qui abstinētiā habuerūt:nostre autē facies sup tenebras nigre. Non eni cogitauim⁹/viuētes qn̄ iniquitatē faciebam⁹ q̄ incipiem⁹ post mortē pati. Et respōdit/ et dixit: Hoc est cogitamentū certaminis qd̄ certabit q̄ sup terraz natus est homo: vt si victus fuerit patiat qd̄ dixisti. Si aūt vicerit recipiet qd̄ dico: qm̄ hec est vita quā moyses dixit cū viueret ad ppl̄m/dicēs: Elige tibi vitam vt viuas: Nō crediderūt aūt ei:sed nec post euz prophetis. Sed nec mihi q̄ locutus sum ad eos: qm̄ nō esset tristicia in perditionē eorum sicut futuruz ē gaudiū sup eos q̄bus ꝑsuasa est salus. Et respondi et dixi: Scio dn̄e quoniā vocatus est altissimus mi-

C sericors in eo q̄ misereat his q̄ nondū in seculo aduenerunt:et q̄ misereat illis q̄ cōuersationē faciūt i legē eius et lōganimis ē: qm̄ longanimitatē ꝓstat his q̄ peccauerūt q̄si suis opibus:et munific⁹ est: qm̄ quidē donare vult ꝓ exigentiis:et multe misericordie: qm̄ multiplicat magis misericordias his q̄ ꝓsentes sunt et qui ꝑterierūt/et qui futuri sūt. Si eñ nō multiplicauerit misericordias suas: nō viuificabit seculū cū his q̄ inhabitabūt eo. Et donat: qm̄ si n̄ donauerit de bonitate sua: vt alleuient hi q̄ iniquitatē fecerūt de suis iniq̄tatib⁹: nō poterit decies millesima pars viuificari hominū. Et iudex si nō ignouerit his q̄ curati sūt verbo ei⁹:et deleuerit multitudinē contēptionū: nō fortassis derelinquerētur i inumerabili multitudine nisi pauci valde. Ca. VIII

Et respōdit ad me/et dixit: Hoc seculuz fecit altissim⁹ ꝓpter m̄ltos: futurū autē ꝓpter paucos. Dicā autē corā te similitudinē esdra. Quō aūt iterrogabis terram:et dicet tibi: qm̄ dabit terrā multam magis vnde fiat fictile: paruū aūt puluerē vnde aurum fit: sic et actus ꝓsentis seculi. Multi quidez creati sūt: pauci aūt saluabunt. Et respondi/et dixi: Absorbe ergo anima sensum:et deuora qd̄ sapit. Cōuenisti eñ obaudire et ꝓphetare volēs. Nec eñ tibi est datū spatium nisi solūmodo viuere. O dn̄e si nō ꝑmittes seruo tuo vt orem⁹ corā te:⁊ des nobis semē cordi ⁊ sensui culturā: vnde fruct⁹ fiat: vnde viuere possit oīs corrupt⁹ q̄ portabit locū hoīs? Solus eñ es: et vna plasmatio nos sum⁹ manuū tuaꝝ sicut locutus es. Et quomodo nūc in matrice plasmatū est corp⁹ et ꝓstans mēbra: cōseruat in igne et aqua tua creatio:et nouē mēsibus patit tua plasmatio: tuā creaturam q̄ in ea creata ē: ipm̄ aūt qd̄ seruat et qd̄ seruat vtraq̄ seruabunt: seruataq̄ quādoq̄ iterū reddit matrix q̄

D in ea creuerūt. Imperasti eñ ex ipis mēbris: hoc est māmillis prebere lac fructui māmillaꝝ vt nutriatur id qd̄ plasmatū est vsq̄ in temp⁹ aliquod:et postea disponas eum tue misericordie. Enutriuisti euz tua iusticia:et erudisti eū in lege tua. Et corripuisti eum tuo intellectu:et mortificabis eū vt tuā creaturam: et viuificabis eū vt tuū op⁹. Si ergo ꝑdideris eum q̄ tantis laborib⁹ plasmat⁹ est: tuo iussu facile est ordinari: vt et id qd̄ fiebat seruaret. Et nunc dn̄e dicam: de omni homine tu magis scis: de populo autē tuo ob quē doleo:et de hereditate tua ꝓpter quā lugeo: et propter israel ꝓpter quē tristis sum:et de iacob ꝓpter quem doleo: ideo incipiā orare coram te ꝓ me et pro eis: qm̄ video lapsus nostros qui inhabitam⁹ terrā. Sed audiui celeritatē iudicis q̄ futurus ē. Jō audi vocem meā et intellige sermonem meum:et loquar coram te. Initiū verborū esdre priusq̄ assumeretur. Et dixi: Dn̄e q̄ inhabitas seculū: cui⁹ oculi eleuati in supna et aere:et cui⁹ thronus inestimabilis:⁊ gloria incōprehensibilis: cui astat exercit⁹ angelorū cum tremore: quorum seruatio in vento et igni conuertitur: cuius verbum verum et dicta perseuerantia: cuius iussio fortis et dispositio terribilis: cuius aspectus arefacit abyssos: et indignatio tabescere facit montes: et veritas testificatur. Exaudi orationem serui tui: et auribus percipe precationem figmenti tui. Dum enim viuo loquar: et dum sapio respondebo. Nec respicias populi tui delicta sed qui tibi in veritate seruiunt. Nec intendas im-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
848/D Vol. 2

E pia gentiū studia:sed qui tua testimonia cum dolo
ribus custodierūt. Nec cogites qui in conspectu tuo
false conuersati sunt:sed memorare qui ex volunta/
te tua timorē cognouerūt. Neqꝫ volueris perdere q̄
pecudum mores habuerūt:sed respicias eos q̄ legē
tuam splendide docuerūt. Nec indigneris eis q̄ be/
stijs peiores iudicati sunt:sed diligas eos qui semꝑ
in tua iusticia cōfidunt ⁊ gloria. Qm̄ nos et patres
nostri talibus morbis languemꝰ:tu aūt ꝓpter nos
peccatores misericors vocaberis. Si em̄ desideraue
ris vt nostri miserearis:tūc misericors vocaberis: no
bis autē nō habentibꝰ opa iusticie. Justi em̄ quibꝰ
sint opa multa reposita:ex ꝓprijs operibus recipi/
ent merced . Quid est em̄ homo vt ei idigneris: aut
genus corruptibile vt ita amarus sis de ipso? In ve
ritate enim nemo de genitis est qui nō impie gessit:
et de confidentibꝰ qui nō deliquit. In hoc enim an/
nunciabitur iusticia tua ⁊ bonitas tua dn̄e:cum mi/
sertus fueris eis qui nō habent substantiā bonorū
operū. Et respōdit ad me/et dixit: Recte locutus es
aliqua:et iuxta sermones tuos sic et fiet. Quoniam
nō vere cogitabo super plasma eoꝝ qui peccauerūt
ante mortē/ante iudiciū/ante ꝑditionē:sed iocunda
bor suꝑ iustoꝝ figmentū: et memorabor peregrina/
tionis quoqꝫ ⁊ saluationis et mercedis receptiōis.
Quomodo ergo locutꝰ sum/sic ⁊ est. Sicut em̄ agri/
cola serit super terrā semina multa:et plantationes
multitudinis plātat:sed nō in tempore om̄ia que se
minata sunt saluātur:sed nec om̄ia que plātata sūt
radicabunt:sic et q̄ in seculo seminati sunt nō om̄es
saluabuntur. Et respondi et dixi: Si inueni gratiā/
loquar. Quomodo semē agricole si nō ascēderit aut
nō acceperit pluuiā tuā in tempore:aut si corruptū
F fuerit multitudine pluuie: sic perit:⁊ similiter homo
qui manibus tuis plasmatus est:et tu ei imago no/
minatus:quoniā similatus es ei ꝓpter quē omnia
plasmasti:et similasti semini agricole. Non irascaris
super nos:sed parce populo tuo/et miserere heredi/
tati tue Tu aūt creature tue misereris. Et respondit
ad me/et dixit: Que sunt p̄sentia/p̄sentibus: et que
futura/futuris. Multū em̄ tibi restat vt possis dili/
gere meā creaturā suꝑ me:tibi autem frequēter et ip
si ꝓximaui:iniustis autē nūqꝫ. Sed ⁊ in hoc mirabi/
lis es corā altissimo:quoniā humiliasti te sicut decet
te:et nō iudicasti te/vt inter iustos plurimum glori/
ficeris. Propter qd̄ miserie multe/et miserabiles ef/
ficient eis qui habitāt seculū in nouissimis: quia in
multa superbia ambulauerūt. Tu autē ꝑ te intelli/
ge:et de similibus tuis inquire gloriā. Uobis enim
apertus est paradisus:plātata est arbor vite p̄para/
tum est futurū tēpus:p̄parata est abundātia: edifi/
cata est ciuitas:ꝓbata ē requies:ꝑfecta est bonitas:
et perfecta sapiētia. Radix mali signata est a vobis:
infirmitas:et tinea a vobis absconsa est: et in infer/
num fugit corruptio in obliuione. Transierūt dolo/
res:et ostēsus est in fine thesaurus immortalitatis.
Noli ergo adijcere inquirendo de multitudine eorū
qui pereunt. Nam et ipsi accipientes libertatē/spre/
uerūt altissimū:et legē eiꝰ contempserunt:et vias eiꝰ
dereliquerūt. Adhuc aūt iustos eiꝰ conculcauerunt:
et dixerunt in corde suo nō esse deū: et quidē sciētes
quoniā moriunt. Sicut em̄ vos suscipient que pre/
dicta sunt:sic eos sitis et cruciatus que p̄parata sūt.
Non enim voluit hominem disꝑdi. Sed et ipsi qui
creati sunt coinquinauerūt nomē eiꝰ qui fecit eos:et G
ingrati fuerūt ei q̄ p̄parauit eis vitam. Quapropter
iudiciū meū modo appropinqt. Que nō oibus de/
mōstraui nisi tibi:et tibi similibus paucis. Et respō/
di/et dixi: Ecce nunc domine demōstrasti mihi mul/
titudinem signorū q̄ incipies facere in nouissimis:sꝫ
non demonstrasti mihi quo tp̄e.

Cap. IX

Et respōdit ad me/et dixit: Metiēs me/
tire tp̄s in semetipso: et erit cū videris
qn̄ transierit pars quedā signoꝝ q̄ p̄di/
cta sūt:tūc itelliges:qm̄ ipsū ē tp̄s i q̄ ici
piet altissimꝰ visitare seculū qd̄ ab eo fa
ctū est:⁊ qn̄ videbit in seculo motio locoꝝ ⁊ ꝓplorū
turbatio:tūc intelligēs/qm̄ de his erat altissimꝰ locu
tus/a diebꝰ q̄ fuerūt an̄ te ab initio. Sicut em̄ oē qd̄
factū ē in seculo initiū habet pariter ⁊ cōsūmatiōē:
et ꝯsūmatio ē manifesta:sic et altissimi tp̄a initia ha/
bent manifesta in ꝓdigijs et virtutibꝰ/et ꝯsūmatio
nes in actu et i signis. Et erit om̄is q̄ saluꝰ factꝰ fue/
rit:et q̄ poterit effugere ꝑ opa sua:et ꝑ fidē in q̄ credi
distis/relinquet de p̄dictis ꝑiculis:et videbit saluta
re meū in terra mea:et i finibꝰ meis:qm̄ scītificaui me
a seculo. Et tūc miserebunt q̄ nūc abusi sūt vias me/
as:et in tormētis cōmorabunt hi q̄ eas ꝓiecerūt in
cōtēptu. Qui ei nō cognouerūt me viuētes bn̄ficia
cōsecuti:et q̄ fastidierūt legē meā:cū adhuc erant ha
bentes libertatē:et cū adhuc esset eis aptus penitē/
tie locus:nō itellexerūt sꝫ spreuerūt:hos opꝫ post
mortē i cruciamēto cognoscere. Tu ergo noli adhuc
curiosus esse quō impij cruciabunt:sed inquire quō
iusti saluabunt:et quoꝝ seculū:et ꝓpter quos secu/
lū:et qn̄. Et respōdi/et dixi: Olim locutꝰ sum et nūc
dico:et postea dicā:quoniā plures sūt q̄ pereūt:qꝫ q̄
saluabuntur:sicut multiplicat fluctus super guttā. H
Et respondit ad me/et dixi: Qualis ager/talia et se/
mina:et quales flores/tales et tincture:et qualꝭ ope
rator/talis et creatio:et qualis agricola/talis cultu/
ra:qm̄ tp̄s erat seculi. Et nūc cū essem parās eis his
qui nūc sunt anteqꝫ fieret seculū in quo habitarent:
et nemo ꝯtradixit mihi: Tunc em̄ quisqꝫ et nūc crea
tur in mūdo hoc parato et mēse indeficiēti: et lege
inuestigabili corrupti sūt mores eoꝝ. Et cōsideraui
seculū:et ecce erat ꝑiculū ꝓpter cogitatiōes que in
eo aduenerūt. Et vidi et ꝑpci ei valde:et seruaui mi
hi acinum de botro:et plantationē de tribu multa.
Pereat ergo multitudo que sine causa nata est:⁊ ser
uetur acinus meꝰ/et plātatio mea: quia cum multo
labore ꝑfeci. Tu autē si adhuc intromittas septem
dies alios:sed nō ieiunabis in eis:ibis in campum
florū vbi domꝰ non est edificata/et manducabis so/
lummodo de floribus campi:et carnem non mādu/
cabis:et vinum non bibes:sed solūmodo flores. De
precare altissimū sine intermissione:et veniam et lo/
quar tecum. Et profectus sum sicut dixit mihi in cā/
pum qui vocatur ardath: et sedi ibi in floribꝰ. Et de
herbis agri māducaui: et facta est esca earum mihi
in saturitatem. Et factū est post dies septem:et ego
discumbebam supra fenum: et cor meū iterum tur/
babatur sicut ante. Et apertū est os meū:et inchoa/
ui dicere corā altissimo/et dixi: O dn̄e te nobis ostē/
dens/ostensus es patribus nostris in deserto:quod
nō calcatur ⁊ infructuoso:quando erāt exeuntes de
egypto/et dicens dixisti: Tu israel audi me/et se/
men iacob intende sermonibus meis: Ecce em̄ ego

A semino in vobis legem meã:⁊ faciet i vobis fructũ:
⁊ glorificabimini in eo ꝑ seculũ. Nam patres nr̃i ac
cipientes legem nõ seruauerũt:⁊ legitima tua non
custodierũt:⁊ factus est fructus legis non parens.
Nec eñ poterat qm̃ tuus erat:nã q̃ acceperunt/pe/
rierunt:nõ custodientes qd̃ in eis seminatũ fuerat.
Et ecce cõsuetudo est:vt cũ acceperit terra semẽ:vl'
nauem mare:vel vas aliquod escam vel potũ:cum
fuerit exterminatũ id in quo seminatũ est/vel in qd̃
missum est:simul id quod seminatũ vel missum est:
vel quę suscępta sunt exterminanť:⁊ suscępta iã nõ
manent apud nos. Sed nobis sic nõ factũ est. Nos
quidem qui legẽ accępimus peccantes periuimus:
⁊ cor nostrũ quod suscępit eam:nam lex non perijt:
sed permansit in suo labore. Et cum loquerer hęc in
corde meo/respexi oculis meis/⁊ vidi mulierẽ in de
xtera parte. Et ecce hęc lugebat ⁊ plorabat cum vo
ce magna/⁊ animo dolebat valde/⁊ vestimenta ei⁹
discissa:⁊ cinis super caput eius. Et dimisi cogitat⁹
in quibus eram:cogitans ⁊ conuersus sum ad eam
⁊ dixi ei:Ut q̃d fles/⁊ q̃d doles animo? Et dixit ad
me:Dimitte me dñe meus vt defleã me/⁊ adijciam
dolorem:quoniã valde amara sum animo:⁊ humi/
liata sum valde. Et dixi ei:Quid passa es? Dic mi/
hi. Et dixit ad me:Sterilis fui ego famula tua ⁊ nõ
peperi habens maritum annis triginta. Ego enim
per singulas horas/⁊ per singulos dies ⁊ annos tri
ginta hos/deprecor altissimũ nocte ac die. Et factũ
est post triginta annos exaudiuit me deus ancillaꝫ
tuã/⁊ vidit humilitatẽ meam ⁊ attẽdit tribulationi
meę/⁊ dedit mihi filiũ. Et iocundata sum super euꝫ
valde ego ⁊ vir meus/⁊ oẽs ciues mei:⁊ honorifica
bamus valde fortẽ. Et nutriui eũ cũ labore multo:
B ⁊ factũ est cũ creuisset ⁊ venisset accipere vxorẽ:feci
diem epuli.

Caplm X

Et factũ ẽ cum introisset filius meus i
thalamo suo/cecidit ⁊ mortu⁹ ẽ/et euer
timus oĩes lumia. Et surrexerũt oẽs
ciues mei ad cõsolandũ me/⁊ q̃eui vs/
q; in alium diẽ vsq; nocte. Et factũ est cũ omnes q̃e
uissent vt me consolarenť vt quiescerẽ:⁊ surrexi no
cte ⁊ fugi/⁊ veni sicut vides in hoc campo:⁊ cogito
iam non reuerti in ciuitatẽ/sed hic consistere/⁊ neq;
manducare/neq; bibere/sed sine intermissione luge
re ⁊ ieiunare vsq; dum moriar. Et dereliqui sermo/
nes in quibus eram:⁊ respõdi cum iracundia ad eã
⁊ dixi:Stulta super omnes mulieres:non vides lu
ctũ nostrũ:⁊ quę nobis contingunt? Quoniã sion
mater nostra oĩ tristicia contristať/⁊ hũilitate hũili/
ata est/⁊ luget validissime. Et nũc qm̃ oẽs lugem⁹ ⁊
tristes sum⁹/qm̃ oẽs contristati sum⁹:tu aũt contri/
staris in vno filio. Interroga eñ terrã ⁊ dicet tibi/
quoniã hęc est quę debeat lugere casum tantoꝝ su
per eũ germinãtiũ. Et ex ipsa ab initio oĩes nati ⁊
alij venient. Et ecce pene oẽs in ꝑditionẽ ambulãt
⁊ exterminiũ fit multitudo eoꝝ. Et quis ergo debet
lugere magis/nisi hęc quę tã magnã multitudineꝫ
ꝑdidit/q; tu quę pro vno doles? Si aũt dices mihi
qm̃ nõ est planctus meus silis terrę:qm̃ fructũ ven
tris mei ꝑdidi/quẽ cũ męroribus peperi/⁊ cũ dolo/
ribus genui:terra aũt ẜm viã terrę:abijtq; i ea mul
titudo pręsens/quõ euenit ⁊ ego tibi dico:Sicut tu
cũ labore pepisti/sic ⁊ terra dat fructũ suũ:homi ab
initio ei q̃ fecit eã. Nũc ergo retine apud temetipaꝫ
dolorẽ tuũ/⁊ fortiter fer qui tibi cõtigerunt casus. Si C
eni iustificaueris terminũ dei ⁊ consiliũ suũ/recipies
in tẽpore/⁊ in talib⁹ collaudaberis. Ingredere ergo i
ciuitatẽ ad virũ tuũ. Et dixit ad me:Nõ faciã neq; i/
grediar ciuitatẽ/sed hic moriar. Et apposui adhuc lo/
qui ad eã/⁊ dixi:Noli facere hunc sermonẽ/sed cõsen
ti ꝑsuadenti. Quot eñ casus sion:Cõsolare propter
dolorẽ hierusalẽ. Uides eni qm̃ sanctificatio nr̃a de/
serta effecta est/⁊ altare nostrũ demolitũ est/⁊ tẽpluꝫ
nostrũ destructũ est/⁊ psalteria nostrũ humiliatũ est
⁊ hymnus cõticuit/⁊ exultatio nostra dissoluta est:et
lumen candelabri nostri extinctũ est/⁊ arca testamen
ti nostri direpta est:⁊ sancta nostra cõtaminata sunt
⁊ nomẽ qd̃ inuocatũ est suꝑ nos pene ꝓphanatũ est:
⁊ liberi nostri contumeliã passi sunt/⁊ sacerdotes no/
stri succẽsi sunt/⁊ leuitę nr̃i in captiuitatẽ abierunt/et
virgines nr̃ę coinq̃natę sũt/et mulieres nr̃ę vim pas/
sę sunt/⁊ iusti nostri rapti sunt/⁊ paruuli nr̃i ꝑditi sũt
⁊ iuuenes nr̃i seruierũt/⁊ fortes nr̃i inualidi facti sũt.
Et qd̃ omniũ maius signaculũ sion/qm̃ resignata est
de gloria sua. Nã ⁊ tradita ẽ in manib⁹ eoꝝ/qui nos
oderũt. Tu ergo excute tuã tristiciã multã/⁊ depone
abs te multitudinẽ doloꝝ vt tibi repropitieť fortis:
⁊ requiẽ faciet tibi altissimus/requietionẽ laboꝝ. Et
factũ est cũ loquebar ad eã/facies eius fulgebat subi
to/et species/coruscus fiebat visus eius/vt essem pa
uens valde ad eã/et cogitarẽ q̃d esset hoc. Et ecce su/
bito emisit sonitũ vocis magnũ timore plenũ/vt cõ/
mouereť terra a mulieris sono. Et vidi:et ecce ampli
us mulier nõ cõparebat mihi/sed ciuitas ędificabať:
⁊ locus demonstrabať de fundamentis magnis:⁊ ti/
mui ⁊ clamaui voce magna/⁊ dixi:Ubi est vriel an/
gelus q̃ a principio venit ad me? Quoniã ipe me fe/
cit venire in multitudine in excessu mẽtis hui⁹. Et fa/
ctus est finis meus in corruptionẽ/⁊ oratio mea i im/ D
properiũ:⁊ cũ essem loq̃ns ego hęc/ ecce venit ad me
et vidit me. Et ecce erã positus vt mortuus/⁊ intelle
ctus meus alienatus erat. Et tenuit dexterã meaꝫ:et
confortauit me/⁊ statuit me super pedęs meos. Et di
xit mihi:Quid tibi est/⁊ quare conturbat⁹ est intelle
ctus tu⁹/⁊ sensus cordis tui/et quare cõturbaris? Et
dixi:Qm̃ dereliquisti me. Et ego q̃dẽ feci ẜm sermo/
nes tuos/et exiui in campũ:⁊ ecce vidi ⁊ video quod
nõ possum enarrare. Et dixit ad me:Sta vt vir/et cõ/
mouebo te. Et dixi:Loquere dñe meus tu in me:No
li me derelinquere/vt nõ frustra moriar:quoniã vidi
quę nõ sciebã/et audio quę nõ scio. Aut nunq̃d sen/
sus meus falliť/⁊ aĩa mea supremat? Nũc ergo de/
precor te vt demonstres seruo tuo de excessu hoc. Et
respondit ad me/⁊ dixit:Audi me/⁊ doceã te/⁊ dicaꝫ
tibi de q̃bus times:qm̃ altissim⁹ reuelauit tibi myste
ria multa. Uidit rectã viã tuã:qm̃ sine intermissione
cõtristabaris ꝓ ppl'o tuo/⁊ valde lugebas ꝑpter siõ.
Hic ergo intellect⁹ visionis q̃ tibi apparuit ante pau/
lulũ. Quã vidisti lugenteꝫ/inchoasti consolari eam.
Nunc aũt iã speciẽ mulieris nõ vides/sed apparuit ti
bi ciuitas ędificari/⁊ quoniã enarrabat tibi de casu fi
lij sui. Hęc absolut o est. Hęc mulier quã vidisti/hęc ẽ
sion/et quoniã dixi tibi:quã ⁊ nũc cõspicies/vt ciuita
tẽ ędificatã. Et quoniã dixi tibi/quia sterilis fuit an/
nis trigita:ꝑpter qd̃ erãt anni.s.triginta:qm̃ nõ erat
in ea adhuc oblatio oblata. Et factũ est post ãnos tri
ginta ędificauit salomõ ciuitatẽ ⁊ obtulit oblatiões
tunc fuit qm̃ peperit sterilis filiũ. Et qd̃ tibi dixit/qm̃

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
848/D Vol. 2

E nutriuit eū cum labore:hoc erat habitatio in hieru/
salem.Et qm̄ dixit tibi/ꝙ filius meus veniēs in suo
thalamo mortuus esset/⁊ ꝯtigisset ei casus:hoc erat
q̄ facta est ruina hierl'm. Et ecce vidisti similitudinē
eius:⁊ qm̄ filiū lugeret/inchoasti cōsolari eam: ⁊ de
his q̄ cōtigerunt hec erāt tibi aperienda. Et nūc vi/
det altissimꝰ qm̄ ex animo cōtristatus es:⁊ qm̄ ex to
to corde pateris ꝓ ea:oñdit tibi claritatē glorie eiꝰ/
⁊ pulchritudinē decoris eius.Propterea em̄ dixi ti
bi vt maneres in cāpo vbi domus nō est edificata.
Sciebā em̄ ego qm̄ altissimus incipiebat tibi osten
dere hec:ꝑpterea dixi tibi/vt venires in agrum vbi
nō est fundamentū edificij.Nec em̄ poterat opꝰ edi
ficij hois sustineri in loco vbi incipiebat altissimi ci
uitas ostendi.Tu ergo noli timere:neq3 expauescat
cor tuū:sed ingredere ⁊ vide splēdorē ⁊ magnitudi/
nē edificij/quantū capax est tibi visu oculoꝝ vide/
re:⁊ post hec audies quātū capit auditus auriū tua
rū audire.Tu em̄ beatus es p̄ multis: ⁊ vocatus es
apud altissimū sicut ⁊ pauci.Nocte autē q̄ in crasti/
nū futura est/manebis hic:⁊ oñdit tibi altissimꝰ eas
visiones supremoꝝ q̄ faciet altissimus his qui habi
tant sup terrā a nouissimis diebus. Et dormiui illā
noctem ⁊ aliam:sicut dixerat mihi. Ca.XI

Et vidi somniū:⁊ ecce ascēdebat de ma
ri aquila cui erāt duodecim ale pēnaꝝ
⁊ capita tria.Et vidi ⁊ ecce expādebat
alas suas in omnē terrā:⁊ oēs venti ce
li insufflabāt in eā ⁊ colligebant.Et vi
di:⁊ de pēnis eius nascebant cōtrarie pēne:⁊ ipe fi/
ebāt in pēnaculis minutis ⁊ modicis.Nam capita
eius erāt qescētia:⁊ dimidiū caput erat maius alio
rū capitū:sed ipa qescebat cū eis.Et vidi ⁊ ecce aq/
F la volauit in pēnis suis:⁊ regnauit sup terrā/ et sup
eos q̄ habitāt in ea. Et vidi qm̄ subiecta erāt ei oia
sub celo:⁊ nemo illi cōtradicebat/ neq3 vnꝰ de crea/
tura q̄ est sup terrā.Et vidi:⁊ ecce surrexit aquila su/
per vngues suos:⁊ misit vocem pēnis suis/dicens:
Nolite oēs sil' vigilare:dormite vnusquisq3 in loco
suo:⁊ p tēpus vigilate.Capita aūt in nouissimo ser
uent.Et vidi: ⁊ ecce vox nō exibat de capitibꝰ eius
sed de medietate corporis eiꝰ.Et numeraui cōtrari/
as pēnas eius:⁊ ecce ipe erant octo.Et vidi:⁊ ecce a
dextera parte surrexit vna pēna:⁊ regnauit sup oēz
terrā.Et factū est cū regnaret:venit ei finis ⁊ nō ap/
paruit locꝰ eius/⁊ sequēs exurrexit ⁊ regnabat.Ipa
multū tenuit tēpꝰ.Et factū est cū regnaret:⁊ venie/
bat finis eius vt nō appareret sicut prior: ⁊ ecce vox
emissa est illi/dicēs:Audi tu q̄ tāto tpe tenuisti ter/
rā.Hec annūcio tibi anteq3 icipias nō apparere.Ne
mo post te tenebit tēpus tuū/sed nec dimidiū eius.
⁊ leuauit tertia/⁊ tenuit principatū sicut ⁊ priores:⁊
non apparuit ⁊ ipsa.Et sic cōtingebat ⁊ oibus alijs
singillatim principatū gerere:⁊ iterū nusq3 cōpare/
re.Et vidi:⁊ ecce in tēpore sequētes pēne erigebant
a dextera parte vt tenerēt ⁊ ipe ꝑncipatum:⁊ ex his
erāt q̄ tenebāt/sed tm̄ statim non cōparescebāt:nam
⁊ alique ex eis erigebant:sed non tenebāt principa
tū. Et vidi post hec:⁊ ecce non cōparuerunt duode/
cim pēne/⁊ duo pēnacula:⁊ nihil superat in corpore
aquile/nisi duo capita quiescētia ⁊ sex pēnacula.Et
vidi:⁊ ecce sex pēnaculis diuise sunt due/ ⁊ māserūt
sub capite/qd̄ est ad dexterā partē:Nā q̄ttuor man
serūt in loco suo. Et vidi:⁊ ecce hec subalares cogi/
tabāt se erigere ⁊ tenere principatus.Et vidi:⁊ ecce
vna erecta est:sed statim nō cōparuit:Et secūde ve/
locius q̄3 ꝑores nō cōparuerunt.Et vidi:⁊ ecce due
q̄ supauerūt apud semetipas cogitabāt ⁊ ipe regna/
re:Et in eo cū cogitarēt:ecce vnū quiescentiū capi/
tū qd̄ erat mediū euigilabat: Hoc em̄ erat duoꝝ ca
pitū maiꝰ.Et vidi qm̄ cōpleta sunt duo capita secū
⁊ ecce cōuersum est caput cū his q̄ cū eo erāt:⁊ come
dit duas subalares q̄ cogitabāt regnare. Hoc autē
caput ꝑcōterruit omnē terrā:⁊ dñabat in ea his qui
habitabāt terrā cū labore multo: ⁊ potētatū tenuit
orbis terraꝝ sup oēs alas q̄ fuerūt.Et vidi post hec
⁊ ecce mediū caput subito non cōparuit: ⁊ hoc sicut
ale.Supauerūt aūt duo capita/q̄ ⁊ ipa sil'r regnaue
runt sup terraz:⁊ sup eos q̄ habitant in ea. Et vidi:
et ecce deuorauit caput a dextera pte illd̄ qd̄ a leua.
Et audiui vocē dicentē mihi:Conspice contra te:et
considera qd̄ vides.Et vidi:⁊ ecce sicut leo concita/
tus de silua rugiens:⁊ vidi qm̄ emittebat vocē ho/
minis ad aquilā.Et dixit/dicens:Audi tu ⁊ loq̄r ad
te:⁊ dicit altissimꝰ tibi:Nōne tu es q̄ supasti de q̄t/
tuor aialibꝰ q̄ fecerā regnare in seculo meo:⁊ vt per
eos veniret finis tēpoꝝ eoꝝ: Et quartꝰ veniēs de/
uicit oia talia q̄ trāsierunt:⁊ potentatu tenuit secu/
lum cū tremore multo:⁊ omnē orbē cū labore pessi/
mo:⁊ inhabitauit tot tēporibꝰ orbē terrarū cum do
lo:Et iudicasti terrā nō cū veritate:Tribulasti eniz
māsuetos:⁊ lesisti qescentes:⁊ dilexisti mēdaces:et
destruxisti habitatiōes eoꝝ q̄ fructificabāt:⁊ humi/
liasti muros eorū q̄ te nō nocuerūt.Et ascēdit cōtu/
melia tua ad altissimū:⁊ supbia tua ad fortē. Et re/
D spexit altissimus supba tēpora:⁊ ecce finita sunt: et
scelera eius cōpleta sunt.Propterea nō appareas tu
aq̄la ⁊ ale tue horribiles/⁊ pēnacula tua pessima/et
capita tua maligna/⁊ vngues tui pessimi/ ⁊ oē cor/
pus tuū vanū:vti refrigeret ois terra:⁊ reuertat li/
berata de tua vi:⁊ speret iudiciū ⁊ misericordiā eiꝰ q̄
fecit eam. Ca. XII

Et factū ē dum loqueret leo verba hec
ad aquilā.Et vidi: ⁊ ecce ꝙ supauerat
caput ⁊ non cōparuerūt q̄ttuor ale ille
q̄ ad eum trāsierunt ⁊ erecte sunt vt re
gnarēt:⁊ erat regnū eorū exile/⁊ tumultu plenū.Et
vidi:⁊ ecce ipa nō apparebāt:⁊ oē corpus aquile in/
cēdebatur:⁊ expauescebat terra valde.Et ego a tu/
multu ⁊ excessu mētis:⁊ a magno timore vigilaui:⁊
dixi spiritui meo: Ecce tu p̄stitisti mihi hoc/ in eo ꝙ
scrutaris vias altissimi.Ecce adhuc fatigatus sū ani/
mo:⁊ spū meo inualidus sum valde:⁊ nec modica ē
in me virtus a multo timore quā expaui nocte hac.
Nunc ergo orabo altissimū/vt me ꝯfortet vsq3 in fi/
nē.Et dixi:Dñator dñe si inueni gratiā ante oculos
tuos:⁊ si iustificatus sum apud te p̄ multis: ⁊ si cer/
te ascendit deprecatio mea ante faciem tuam: con/
forta me:⁊ ostende seruo tuo mihi interpretationez
⁊ distinctionē visus horribilis huius/vt plenissime
consoleres animā meam.Dignum enim me habui/
sti ostendere mihi tēpoꝝ nouissima.Et dixit ad me:
Hec est interpretatio visionis huius.Aquilam quā
vidisti ascendentem de mari:hoc est regnū quod vi/
sum est in visione a danieli fratri tuo.Sed non est il
li interpretatū:quoniā ego nunc tibi interpretor.Ec
ce dies veniūt:⁊ exurget regnū super terrā:⁊ erit ti/
mor acrior omniū regnorum que fuerunt ante eum.

A Regnabūt autez in ea reges duodecim: vnus post vnum. Nam secūdꝰ incipiet regnare ⁊ ipse tenebit amplius tēpus p̄ꝫ duodecim. Hęc est interp̄tatio duodecim alarū quas vidisti. Et quā vidisti vocez quę locuta est: nō de capitibꝰ eiꝰ exeuntē/ sed de medio corpis eiꝰ: hęc est iterp̄retatio. Qm̄ post tempꝰ regni illiꝰ nascenť cōtentiōes nō modicę: et periclitabitur vt cadat ⁊ nō cadet tūc: sed iterꝝ cōstitueť in suum initium. Et qm̄ vidisti subalares octo coherētes alis eiꝰ: hęc est interp̄tatio: Exurgēt in ipso octo reges: quorū erunt tp̄a leuia ⁊ anni citati: et duo q̄dem ex ipsis parient. Appropinquāte autem tēpore medio: quattuor seruabuntur in tempe cum incipiet appropinquare tempus eiꝰ vt finiať. Duę vero in finē seruabunť. Et qm̄ vidisti tria capita quiescentia: hęc est interpretatio: In nouissimis eius suscitabit altissimꝰ tria regna: et reuocabit in ea m̄lta: et dominabunť terrā/ ⁊ qui habitāt in ea cum labore multo sup̄ oēs qui fuerūt ante hos. Propter hoc ipsi vocati sunt capita aquilę. Isti em̄ erunt qui recapitulabūt impietates eius: ⁊ qui perficient nouissima eiꝰ. Et qm̄ vidisti caput maiꝰ nō apparēs: hęc est interpretatio eiꝰ. Quoniā vnꝰ ex eis sup̄ lectū suum morieť: et tm̄ cū tormentis. Nam duo q̄ p̄seuerauerint: gladius eos comedet. Unius enim gladius comedet qui cum eo: sed tamē hic gladio in nouissimis cadet. Et quoniā vidisti duas subalares traijcientes super caput: quod ē in dextera p̄te: hęc est interpretatio. Hi sunt quos conseruauit altissimꝰ in finem suum: hoc est regnum exile et turbationis plenum. Sicut vidisti et leonem: quem vidisti de silua

B euigilantem ⁊ rugientem ⁊ loquentem ad aquilam et arguentez eam: et iniusticias ipsius per om̄es sermones eius: sicut audisti: hic est vētus quem seruauit altissimus in finē ad eos ⁊ impietates ipsorum: et arguet illos/ et incutiet coram ipsis discerptiōes eorū. Statuet em̄ eos in iudiciū viuos: ⁊ erit cuz arguerit eos: tūc corripiet eos. Nam residuum populum meum liberabit cum miseria: qui saluati sūt super fines meos: ⁊ iocundabit eos. quoadusqꝫ veniet finis/ dies iudicij: de quo locutꝰ sū tibi ab initio. Hoc somniū qd̄ vidisti: ⁊ hę iterp̄tatiōes. Tu ergo solus dignus fuisti scire altissimi secretū hoc. Scribe ergo omnia ista in libro quę vidisti: ⁊ pone ea in loco abscondito: et docebis ea sapiētes de populo tuo: quorū corda scis posse capere ⁊ seruare secreta hęc. Tu autem adhuc sustine hic alios dies septez/ vt tibi ostendať quicquid visū fuerit altissimo ostēdere tibi. Et p̄fectꝰ est a me. Et factum ē cum audisset omnis populus/ quoniam pertransierūt septem dies: ⁊ ego nō fuissem reuersus in ciuitatem: et ꝯgregauit se omnis a minimo vsqꝫ ad maximū: et venit ad me: et dixerūt mihi/ dicētes: Quid peccauimus tibi/ ⁊ quid iniuste egimus in te qm̄ derelinquens nos: sedisti in loco hoc? Tu enim nobis superes solus ex omnibus populis: sicut botrus de vinea: ⁊ sicut lucerna in loco obscuro: et sicut portꝰ ⁊ nauis saluata a tēpestate. Aut nō sufficiūt nobis mala q̄ contingunt? Si ergo tu nos dereliqueris: quanto nobis erat melius si essemus succensi: ⁊ nos cum incēdio sion? Nec enim nos sumus meliores eorū qui ibi mortui sunt. Et plorauerunt voce magna. Et respondi ad eos ⁊ dixi: Cōfide israel/ ⁊ noli tristari tu domus iacob. Est enim memoria vestra coram altis-

simo ⁊ fortis nō est oblitus vestri in temptatione. C Ego enim non dereliqui vos/ neqꝫ excessi a vobis: sed veni in hunc locum vt deprecarer p̄ desolatiōe sion: vt quererem misericordiā pro humilitate sanctificatiōis vestrę. Et nunc ite vnusquisqꝫ vestrum i domū suā: ⁊ ego veniā ad vos post dies istos. Et profectus est populus sicut dixi ei in ciuitatē. Ego autē sedi in campo septem diebꝰ/ sicut mihi mandauit: ⁊ manducabaz de floribus solūmodo agri: de herbis facta est esca mihi in diebꝰ illis.

Ca. XIIII

Et factū ē post dies septem: ⁊ somniaui somniū nocte. Et ecce d̄ mari ventꝰ exurgebat: vt cōturbaret om̄es fluctꝰ eius. Et vidi: ⁊ ecce ꝯualescebat ille homo cum nubibus cęli: et vbi vultum suum vertebat: vt ꝯsideraret: tremebant om̄ia quę sub eo videbantur: ⁊ vbicunqꝫ exiebat vox de ore eius: ardescebant omnes qui audiebant voces eiꝰ: sicut quiescit terra quādo senserit ignē. Et vidi post hęc: ⁊ ecce congregabať multitudo hominū quorū nō erat numerꝰ de quattuor ventis cęli: vt debellarent hominē qui ascenderet de mari. Et vidi: ⁊ ecce sibimetipsi sculpserat montē magnū: ⁊ volauit sup̄ eum. Ego autē quęsiui videre regionem vel locum vnde sculptus esset mons: ⁊ non potui. Et post hęc vidi: ⁊ ecce omnes qui cōgregati sunt ad eum vt expugnarent eum timebāt valde: tamē audebant pugnare. Et ecce vt vidit impetum multitudinis venientis nō leuauit manū suam: neqꝫ frameā tenebat: neqꝫ aliqd̄ vas bellicosum: nisi solūmodo: vt vidi/ quoniam emisit de ore suo sic̄ flatum ignis: ⁊ de labijs eius sp̄ūs flāmę ⁊ de lingua eiꝰ emittebat scintillas ⁊ tēpestates: ⁊ cōmixta sūt om̄ia simul/ hic fla- D tus ignis ⁊ sp̄ūs flāmę: ⁊ multitudo tēpestatis: ⁊ cōcidit sup̄ multitudinē in impetu quę parata erat pugnare: ⁊ succendit om̄es: vt subito nihil videreť de innumerabili multitudine: nisi solūmodo puluis ⁊ fumi odor. Et vidi: ⁊ extimui. Et post hęc vidi ipsū hominē descendentē de monte ⁊ vocantē ad se m̄ltitudinē aliā pacificam: ⁊ accedebat ad eum vultus hominū multorū quorundā gaudentium/ quorundam tristantium: aliqui vero alligati: aliqui adducētes ex eis qui offerebātur. Et ęgrotaui a multitudine pauoris: ⁊ exp̄gefactꝰ sum/ ⁊ dixi: Tu ab initio demonstrasti seruo tuo mirabilia hęc: ⁊ dignuz me habuisti vt susciperes deprecationē meā: et nūc demonstra mihi adhuc interp̄tationē somnij huiꝰ. Sicut em̄ existimo in sensu meo: vę qui derelicti fuerit in diebus illis. Et multo plꝰ: vę his qui nō sūt derelicti. Qui em̄ nō sunt derelicti tristes erāt. Intelligo nunc quę sunt reposita in nouissimis diebus/ et occurrent eis: sed ⁊ his qui derelicti sūt. Propter hoc venerūt enim in pericula magna ⁊ necessitates multas/ sicut ostendunt somnia hęc. Attamen facilius est periclitantem venire in hunc q̄ꝫ pertransire sicut nubem a seculo: et nunc videre quę contingūt in nouissimo. Et respondit ad me/ ⁊ dixit: Et visionis interp̄tationem dicam tibi: et de quibus locutꝰ es/ adaperiam tibi. Quoniam de his dixisti qui derelicti sunt: hec est interpretatio. Qui aufert periculum illo tempore: hic se custodiuit. Qui i p̄iculo inciderūt: hi sūt q̄ habēt op̄a ⁊ fidē ad fortissimū. Scito ergo/ qm̄ magis beatificati sunt qui derelicti super eos qui mortui sunt. Hę interp̄tatiōes visiōis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
848/D Vol. 2

E Quia vidisti virũ ascendentẽ de corde maris: ipse
est quẽ cõseruauit altissimus multis temporibus:
qui p semetipsũ liberabit creaturã suã: et ipsi dispo-
net qui derelicti sunt. Et qm̃ vidisti de ore eius exi-
reyt spiritũ et ignem et tempestatẽ: et qm̃ nõ tenebat
frameã: neqz vas bellicosum: corrupit enim impet9
eius multitudinẽ que venerat expugnare eum: hec
est interpretatio: Ecce dies veniũt/ qñ incipiet altis-
simus liberare eos qui super terram sunt: et veniet
in excessu mentis super eos qui inhabitãt terram:
Et alij alios cogitabũt debellare: ciuitas ciuitatez
et locus locum: et gens aduersus gentẽ/ et regnuz ad-
uersus regnum. Et erit cũ fient hec: et contingent si-
gna que ante ostẽdi tibi: et tunc reuelabit fili9 me9:
quẽ vidisti vt virũ ascendentẽ. Et erit: quando au-
dierint omes gẽtes vocẽ ei9/ et derelinquet vnusqs-
qz in regione sua bellũ suũ qd habent ad alterutrũ
et colliget in vnũ mltitudo innumerabilis/ sicut vo-
lentes venire et expugnare eum. Ipse autem stabit
super cacumen montis sion. Sion autem veniet et
ostendet omnibus parata et edificata/ sicut vidisti
montẽ sculpi sine manibus. Ipse aũt fili9 meus ar-
guet que adinuenerũt gentes impietates eorũ has
que tempestati appropinquauerũt ppter mala co-
gitamenta eorũ et cruciamenta quibus incipiẽt cru-
ciari: que assimilate sunt flamme: et perdet eos sine
labore: p legem que igni assimilata est. Et qm̃ vidi-
sti eum colligentẽ ad se aliam multitudinẽ pacificã
he sũt decẽ trib9 que captiue facte sunt de terra sua
in dieb9 osee regis: quẽ captiuuz duxit salmanasar
rex assyriorũ: et trãstulit eos trans flumẽ: et translati
sunt in terrã aliam. Ipsi autem sibi dederunt consi-
liũ h vt derelinqrẽt mltitudinẽ gẽtiũ: et pficiscerẽt
in vlteriorẽ regionẽ vbi nunqz inhabitauit gen9 hu-
manum: vl ibi obseruare legitima sua que non fue-
rant seruantes in regione sua. Per introitus autez
angustos fluminis euphraten introierũt. Fecit em̃
eis tunc altissimus signa: et statuit venas fluminis
vsqzquo transirent. Per eam em̃ regionem erat via
multa itineris anni vnius et dimidij: nam regio illa
vocatur açareth. Tunc inhabitauerũt ibi vsqz i no-
uissimo tempe: et nunc iterũ cum ceperint venire: ite-
rum altissimus statuet venas fluminis vt possint
transire: ppter hec vidisti multitudinez cum pace.
Sed et qui derelicti sunt de populo tuo: hi sunt qui
inueniuntur intra terminũ meum. Factum erit er-
go quando incipiet perdere multitudinem earũ q
collecte sunt gẽtes: pteget eos qui superauerũt po-
pulum: et tunc ostendet eis multa plurima portẽta.
Et dixi ego: Dominator dñe hoc mihi ostende pro-
pter qd vidi virũ ascendentem de corde maris. Et
dixit mihi: Sicut non potes hec vel scrutari vel sci-
re que sunt in profundo maris: sic non poterit quis-
qz sup terram videre filiũ meũ: vel eos qui cũ eo sũt
nisi in tpe diei. Hec est interpretatio somnij qd vidi-
sti et ppter qd illuminat9 es hic solus. Dereliquisti
em̃ tuã: et circa meã vacasti legẽ et quesisti. Vitã em̃
tuã disposuisti in sapientia: et sensũ tuũ vocasti ma-
trẽ. Et ppter hoc ostẽdi tibi merces apd altissimũ.
Erit em̃ post alios tres dies: ad te alia loquar: et ex-
ponã tibi grauia et mirabilia. Et pfectus sum et trã-
sij in campũ: mltũ glorificãs et laudãs altissimũ de
mirabilib9 q p tẽpus faciebat: et qm̃ gubernat ipm
et que sũt in tẽporib9 illata. Et sedi ibi tribus dieb9.

Capitulum. XIIII

ET factum est tertio die: et ego sede-
bam sub quercu. Et ecce vox exiuit
contra me de rubo et dixit: Esdra/ es-
dra. Et dixi: Ecce ego domine: Et sur-
rexi sup pedes meos. Et dixit ad me:
Reuelans reuelatus sum super rubum: et locutus
sum moysi/ quando populus meus seruiebat in e-
gypto: et misi eum/ et eduxi populum meũ de egy-
pto: et adduxi eum super montem sina: et detine-
bam eum apud me diebus multis: et enarraui ei mi-
rabilia multa: et ostendi ei temporum secreta et finẽ
et pcepi ei/ dicẽs: Hec in palã facies verba: et hec ab-
scondes. Et nũc tibi dico: signa que demonstraui/ et
et somnia que vidisti: et interptatiões quas tu vidi-
sti in corde tuo: repone ea: tu em̃ recipieris ab oib9:
cõuerteris residu9 cum consilio meo et cum similib9
tuis: vsqzquo finiant tempora. Quoniã seculũ pdi-
dit iuuentutẽ suã: et tempora appropinquãt senesce-
re. Duodecim em̃ partib9 diuisuz est seculũ: et trãsie-
runt ei9 decima/ et dimidiũ decime partis: supersũt
autem eius post mediũ decime partis. Nunc ergo
dispone domũ tuã: et corripe pplm tuũ et psolare hu-
miles eorũ et renũcia iã corruptele: et dimitte abs te
mortales cogitatiões: et pijce abs te põdera huma-
na: et exue te iã infirmã naturã: et repone in vnã par-
tem molestissima tibi cogitamenta/ et festina trãsmi-
grare a tẽporibus his. Que em̃ vidisti nũc cõtigis-
se mala/ iterũ horũ deteriora faciẽt. Quantũ em̃ inua-
lidum fiet seculũ a senectute: tantũ multiplicabunt
sup inhabitãtes mala. Prolõgauit em̃ se magis ve-
ritas et appropinquauit mendaciũ. Jam enim festi-
nat venire quam vidisti visionẽ. Et respondi/ et di-
xi corã te dñe: Ecce em̃ ego abibo sicut pcepisti mi-
hi: et corripiã psentẽ pplm. Qui aũt iterum nati fue-
rint quis cõmonebit? Positũ est ergo seculũ i tene-
bris: et q inhabitãt in eo sine lumine. Qm̃ lex tua in-
censa est/ ppter qd nemo scit que a te facta sunt vel
que incipient opa. Si em̃ inueni in te gratiã: imitte
in me spiritũsanctũ: et scribã omne qd factũ est in se-
culo ab initio que erãt in lege tua scripta/ vt possint
hoies iuenire semitã: et qui voluerint viuere in no-
uissimis viuãt. Et respõdit ad me/ et dixit: Vadens
congrega populum: et dices ad eos/ vt nõ querãt te
diebus quadraginta. Tu aũt pparа tibi buxos mul-
tos: et accipe tecũ sarcã/ dabriã/ selemiã/ echanum et
asiel quinqz hos: qui parati sũt ad scribendũ velo-
citer. Et venies huc/ et ego accendã in corde tuo lu-
cernã intellectus/ que nõ extinguet quoadusqz fini-
antur que incipies scribere. Et tũc pfectis quedam
palã facies: quedam sapientibus absconse trades.
In crastinũ enim hac hora incipies scribere. Et pfe-
ctus sum sicut mihi precepit: et cõgregaui omnẽ po-
pulũ/ et dixi: Audi israel verba hec. Peregrinati sũt
patres nostri ab initio in egypto: et liberati sũt inde
et acceperunt legem vite quam non custodierunt/
quam et vos post eos transgressi estis: et data est vo-
bis terra in sortem: et terra sion et pres vestri et vos
iniquitatẽ fecistis/ et nõ seruastis vias quas pcepit
vobis altissim9: et iustus iudex cũ sit/ abstulit a vob
i tpe qd donauerat. Et nũc vos hic estis/ et frẽs vri i-
trorsũ vrm sũt. Si ergo iperaueritis sensui vro: et erudie-
ritis cor vrm/ viui pseruati eritis: et post mortẽ miseri-
cordiã psequi. Judiciũ em̃ p9 mortẽ veniet: qñ ite-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
848/D Vol. 2

A rũ reuiuiscemꝰ:et tũc iustoꝝ noĩa parebũt:et impio
rũ facta ostendent. Ad me igit nemo accedat nunc/
neqꝫ requirat me vsqꝫ dies q̃draginta. Et accepi qn
qꝫ viros sicut mãdauit mihi:et ꝓfecti sumꝰ in cãpũ:
et mãsimꝰ ibi:et factꝰ sũ in crastinũ:et ecce vox voca
uit me dicens:Esdra aperi os tuũ/et bibe q̃ te pota
uero. Et apui os meũ/et ecce calix plenꝰ porrigebat
mihi. Hoc erat plenũ sicut aq̃:color aũt eiꝰ vt ignis
similis. Et accepi et bibi:et i eo cũ bibissem:cor meũ
cruciabat intellectu:et in pectꝰ meũ increscebat sa/
piẽtia. Nã spũs meꝰ cõseruabat memoria. Et aptũ
est os meũ/⁊ nõ ẽ clausũ amplius. Altissimꝰ dedit itel
lectũ quiqꝫ viris:et scripserũt q̃ dicebant excessiões
noctis:q̃s nõ sciebãt. Nocte aũt mãducabãt panẽ:
ego aũt ꝑ diẽ loquebar:et ꝑ noctẽ nõ tacebã. Scri/
pti sũt aũt ꝑ q̃draginta dies libri ducẽti q̃ttuor. Et
factũ est cũ cõpleuissent q̃dragita dies:locutꝰ est al/
tissimꝰ/dicẽs:Priora q̃ scripsisti/i palã pone:⁊ legãt
digni et indigni:nouissimos aũt septuagita ꝯserua
bis/vt tradas eos sapiẽtibꝰ de pplo tuo. In his ei
est vena itellectꝰ:⁊ sapiẽ fõs:⁊ sciẽ flumẽ. Et feci sic.

Ecce loq̃re i aures plebis meę. Ca. XV
sermões ꝓphię q̃s imisero i os tuũ/ dicit
dñs:et fac vt i charta scribãt:qm̃ fide/
les et veri sũt. Ne timeas a cogitatiõi
bꝰ aduersũ te:nec turbẽt te icredulita/
tes dicẽtiũ:qm̃ oĩs icredulꝰ i icredulitate sua morie/
tur. Ecce ego induco dicit dñs sup orbẽ terraꝝ ma/
la:gladiũ et famẽ ⁊ mortẽ et iteritũ:ꝓpt q̃d suppol/
luit iniq̃tas oẽm terrã:et adipleta sũt opa nociua il
lorũ. Propterea dicit dñs:Iã nõ silebo de ipietati/
bus eoꝝ q̃ irreligiose agũt:nec sustinebo i his q̃ ini
B que exercẽt:ecce sanguis inoxiꝰ et tristis clamat ad
me:⁊ aiẽ iustoꝝ clamãt ꝑseuerãter:Vindicãs vindi
cabo illos dicit dñs:⁊ accipiã oẽm sanguinẽ inoxiũ
ex ill' ad me. Ecce pp̃ls meꝰ q̃si grex ad occisionẽ duci
tur:iã nõ patiar illũ habitare i terra egypti:ꝫ educã
eũ i manu potẽti et brachio excelso. Et ꝑcutiã plaga
sicut priꝰ:et corrũpã oẽm terrã eiꝰ. Lugebit egyptꝰ
et fundamẽta eiꝰ plaga verberata et castigatiõe q̃s
inducet ei deꝰ. Lugebũt cultores opantes terrã:qm̃
deficiẽt semina eoꝝ ab vredine et grãdine:et a side/
re terribili. Vę seculo:et q̃ habitãt i eo:q2 appropin
quauit gladiꝰ et ꝯtritio eoꝝ:et exurget gẽs sup gẽtẽ
ad pugnã ⁊ rompheā i manibꝰ eoꝝ. Erit ei icõstabi/
litio hoĩbꝰ:et alij alijs iualescẽtes nõ curabũt regez
suũ ⁊ ꝑncipes:vię gestoꝝ suoꝝ in potẽtia sua. Cõcu
piscet ei hõ i ciuitatẽ ire/et nõ poterit. Propter sup/
biã ei eoꝝ ciuitates turbabunt:domꝰ exterent/ ho/
mines metuẽt. Nõ miserebit hõ ꝓximũ suũ ad irri/
tũ faciendũ domos eoꝝ i gladiũ ad diripiẽdas sub
stãtias eoꝝ ꝓpter famẽ panis et tribulationẽ mltã.
Ecce ego cõuoco dicit deꝰ/ oẽs reges terrę ad me ve
rendũ quę sũt ab oriẽte et ab austro/ab euro et a li/
bano/ad ꝯuertẽdos ad se:⁊ reddere quę dederũt ill'.
Sicut faciũt vsqꝫ hodie elect' meis:sic faciã ⁊ reddã
i sinu eorũ. Hęc dicit dñs deꝰ: Nõ ꝑcet dextera mea
sup pctõres:nec cessabit rhomphea sup effundẽtes
sanguinẽ innocuũ sup terrã:Exijt ignis ab ira eiꝰ:et
deuorauit fũdamẽta terrę:et pctõres q̃si stramẽ icẽ/
sum. Vę eis q̃ peccãt et nõ obseruãt mandata mea/
dicit dñs. Nõ parcã illis. Discedite filij a potestate
nolite cõtaminare sanctificationẽ meam:qm̃ nouit
dñs oẽs q̃ delinquunt in illum. Propterea tradidit

eos in mortẽ et in occisionẽ. Iam enĩ venerũt super C
orbem terraꝝ mala et manebit' in ill'. Nõ enĩ libera
bit vos deꝰ ꝓpter q̃d peccast' in eũ. Ecce visio hor/
ribilis:et facies illiꝰ ab oriẽte. Et exient natiões dra
conũ arabũ in curribꝰ mltis:et sicut flatꝰ eoꝝ nume
rus fert sup terrã:vt iam timeãt et trepidẽt oẽs q̃ il/
los audiẽt carmonij insaniẽtes i ira:et exiẽt vt apri
de silua:et aduenient in virtute magna:et cõstabũt
in pugnã cũ illis:⁊ vastabũt portionẽ terrę assyrio/
rum. Et post hęc supualescẽt dracones natiuitatis
suę memores:⁊ cõuertẽt se cõspirãtes in virtute ma
gna ad ꝑsequẽdos eos. Isti turbabunt ⁊ silebũt in
vtute illorũ:⁊ cõuertẽt pedes suos in fugã:⁊ a terri
torio assyrioꝝ subsessor obsidebit eos:⁊ ꝯsumet vnũ
ex illis:⁊ erit timor ⁊ tremor in exercitu illorũ:⁊ con
tẽtio in reges ipoꝝ. Ecce nubes ab oriẽte ⁊ a septẽ/
trione vsqꝫ ad meridianũ:⁊ facies earũ horrida val
de plena irę ⁊ ꝓcellę. Et collidẽt se inuicẽ:⁊ collidẽt
sidus copiosũ sup terrã:⁊ sidꝰ illoꝝ. Et erit sanguis
a gladio vsqꝫ ad ventrẽ:⁊ fumꝰ hoĩs vsqꝫ ad substra
mẽ cameli. Et erit timor ⁊ tremor multꝰ sup terrã:et
horrebũt q̃ videbũt irã illaꝫ:⁊ tremor apprehendet
illos. Et post hęc mouebũt nimbi copiosi a meridia
no ⁊ septẽtrione:⁊ portio alia ab occidente. Et sup/
inualescẽt venti ab oriente ⁊ recludẽt eã ⁊ nubẽ quã
suscitauit in ira:⁊ sidus ad faciendã exterritationeꝫ
ad orientalẽ ventũ ⁊ occidentẽ violabit. Et exalta/
bũtur nubes magnę ⁊ validę plenę irę ⁊ sidus/vt ex/
terreãt oẽm terrã ⁊ inhabitãtes eã:⁊ infundẽt super
omnẽ locũ altũ ⁊ eminẽtẽ sidus terribile/ignẽ ⁊ grã
dinẽ ⁊ rompheas volãtes:⁊ aquas mltas/vt etiam
impleãtur oẽs cãpi ⁊ oẽs riui plenitudine aquaruꝫ
multarũ. Et demolient ciuitates ⁊ muros ⁊ mõtes
⁊ colles ⁊ ligna siluarũ:⁊ fẽnũ pratoꝝ ⁊ frumẽta eo/
D rũ. Et trãsibũt ꝯstantes vsqꝫ babylonẽ:⁊ exterrent
eã:ꝯueniẽt ad ipam ⁊ circũibũt eã:⁊ effundẽt sidus
⁊ oẽm irã sup eã. Et subibit puluis ⁊ fumꝰ vsqꝫ in cę
lũ:⁊ oẽs i circũitu lugebũt eã:⁊ q̃ sub ea remãserint
seruiẽt his q̃ exterruerũt. Et tu asia cõcors in spem
babylonis ⁊ gloria ꝑsone eiꝰ:vę tibi misera ꝓpt q̃d
assimilasti ei:⁊ ornasti filias tuas in fornicatiõe ad
placendũ ⁊ gloriãdũ in amatoribus tuis q̃ tecũ sem
per cupierũt fornicari. Odibilẽ imitata es in omni/
bꝰ opibꝰ eiꝰ ⁊ i adiuẽtionibꝰ eiꝰ:ꝓpterea dicit deꝰ:Im/
mittã tibi mala/viduitatẽ/pauptatẽ/⁊ famẽ/⁊ gladi
um/⁊ pestẽ ad deuastãdas domos tuas a violatiõe:
⁊ morte ⁊ glia virtutis tuę. Sicut flos siccabit cũ ex
urget ardor q̃ emissus ẽ sup te:ifirmaberis vt paup/
cula plagata ⁊ castigata a mulieribꝰ vt non possint
te suscipe potẽtes ⁊ amatores. Nũquid ego sic ęela/
bo te/dicit dñs:nisi occidisses electos meos in omĩ
tpe:exaltãs ꝑcussionẽ manuũ/⁊ diceres sup morteꝫ
coꝝ:cũ inebriata esses exorna speciẽ vultꝰ tui: Mer
ces fornicatiõis tuę in sinu tuo:ꝓpter hoc redditio/
nẽ accipies. Sicut facis elect' meis dicit dñs:sic faci
et tibi deꝰ/⁊ tradet te in malũ. Et nati tui fame inte/
rient:⁊ tu rhomphea cades:⁊ ciuitates tuę ꝯterent:
⁊ oẽs tui in cãpo/gladio cadẽt. Et q̃ sũt in mõtibꝰ fa
me ꝑibũt:⁊ mãducabũt carnes suas/⁊ sanguinẽ bi/
bẽt a fame pãis ⁊ sit' aq̃. Infelix ꝑ maria venies:⁊
rursũ accipies mala. Et in trãsitu allidẽt ciuitatẽ oc
cisã/⁊ exterrẽt aliquã portionẽ terrę tuę/⁊ ꝑtem glię
tuę exterminabũt rursũ reuertẽtes ꝯuersã. Et demo
lita eris ill' ꝓ stipula:⁊ ipsi erũt tibi ignis:⁊ deuora/

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
848/D Vol. 2

E būt te et ciuitates tuas:et terrā tuā et mōtes tuos:
omnes siluas tuas et lignū fructiferū igni cōburēt.
Filios tuos captiuos ducēt:⁊ censū tuū in p̄dā ha/
bebunt ⁊ gloriā faciei tue exterminabūt. Ca.XVI.

Ve tibi babylon et asia:vę tibi egypte ⁊ sy/
ria. Precingite vos saccis et ciliciis:et plā
gite filios vr̄os et dolete:qm̄ appropinq̄/
